

Laus Deo Patri.

Liber Primus.

In Medicinalem Galeni Institutionem.

Teorica dictata
Ab Excell.mo D. D. Cassavato

Anno 1110. Mense 9bris.

Mei Antonij Quadrij.


MEDICAL LIBRARY
HISTORICAL LIBRARY

Institutio Medicinalis.

Tironibus medica facultate iniciandis plerá proponunt, quæ minime ad medicam facultatem spectantia, potissimum eas, quæ pertinent ad originem medicinæ, ad ipsius præstantiam, atque deffinitionem; utrum ipsa sit ars, vel scientia; et si sit ars, ex quo artium genere, et qua via artes ipsæ tradantur; quod sint in universum medicinæ partes, nec non partes Medicinæ Medicatricis, quæ græcè Therapeutica dicitur; quod fuerint antiquorum Medicorum sectæ, quos principes Medicos quæquis secta habuerit; sed omnia istæc, et huiusmodi consultò prætermittenda censuimus; ad ea solum nostram dirigendo doctrinam, quæ in re medica magni sunt momenti quare iis libenter posthabitis 1.º locoque disquirenda erit medica facultas in tres ordines, quorum 1.us erit de rebus Naturalibus; 2.us de rebus non Naturalibus, et 3.us de rebus præter naturam, ex quorum distincta cognitione notitia resultat Corporis humani uiuentis, quod est proprium, et adæquatum, et totale subiectum Medicinæ, quotiescunque tamen spectatur ut sanabile, et ægrotabile.

Quapropter cum in qualibet doctrina soleat præponi deffinitio, in qua potentia, et uirtute omnia, quæ tractantur inclusa sunt; ideó á deffinitione exordiri decreui. cum deffinitio sit cognitionis principium iuxtá Aristotelem in lib: posteriorum.

Variæ igit circonferuntr medicinæ deffinitiones, una quæ desumitr ab Averroe in tractatu, Codice, et in scriptis Capi: 1.o, ubi ait, quod Medicina est ars effectrix rone et experimento inventa, quæ in homine sanitatem conservat, et morbos pellit, secondum quod possibile fuerit in quolibet corpore; altera desumitr ab Hippocrate in lib: 1.o de flatib textu 6.o deffiniens Medicinam, quod sit additio, et ablatio; additio scilicet defficientium, et ablatio redundantium. Galenus quoque in lib: artis Medicinalis tradidit deffinitionem Medicinæ dicendo, quod sit scientia salubrium insalubrium, et neutrorum. Verum licet allegatæ deffinitiones bonæ sint; attamen nec perfectionem, nec claritatem illam præseferunt, quam continet illa, quæ in præsenti traditr ab Avicenna, et quæ magis intento nostro satisfacit quare aliis omissis hæc erit præferenda. Medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntr, ut sanum est, et a sanitate recedit, ut habita sanitas conservetr, et amissa recuperetr, quæ deffinitio optima est, cum constet genere, et differentia; scientia enim stat loco generis, corpus verò humanum loco differentiæ, unde ex hac deffinitione mirabilem fructum colligere possunt Medicinam addiscentes, quia in ista statim colligere possunt ea omnia, quæ pertractat Avicenna in universo hoc volumine, nam cum hæc sit in quatuor divisa particulas harum singula continet unam Fen, nam in 1.a

Fen, cum agat de dispositionibus corporis huma=
ni, ut sanum est, Respondet 1.ae particulae deffi=
nitionis, in qua dicit, quod Medicina est Scien=
tia, qua humani &c et hac rone agit de septe
rebus Naturalibus, quae sunt Elementa, Tempera=
menta &c

2da Fen agit de egritudinibus, hoc est de dis=
positionibus recedentibus a sanitate, et Respon=
det 2.ae particulae allatae deffinitionis, et a
sanitate recedit.

3a Fen agit de Sanitate Conservanda, idest
de Remedijs, quibus Sanitas possit conservari, et
3.ae Respondet particulae, ut habita Sanitas con=
servetur.

4a tandem Fen agit de Sanitate recuperanda
hoc est de Remedijs quibus Sanitas possit re=
cuperari et ultimae Respondet particulae enun=
ciatae deffinitionis, et sic patet hanc ultimam
deffinitionem allatam ab Avicenna esse caeteris
clariorem, et perfectioram.

De Medicinae divisione.

Dividitur Medicina secundum Avicennam in Teorica
et practicam, Teorica est illa, quae respicit cogni=
tionem, et practica operationem. rursus secundum
mentem Galeni dividitur in quinque partes, scilicet
in Fisiologiam, Igeam, Patologiam, Semioticam, et
Therapeuticam.

Phisiologia est illa Medicinae pars, quae considerat

res naturales, ex quib. constituitur Corpus humanum Physiologia Græcè Physiologia nuncupatur, septem enim sunt res naturales, Elementa, Temperamenta, humores, Membra, Spiritus, facultates, seu actiones, et calidum innatum.

2da pars Considerat res non naturales, quæ à Medicis necessario occurrentes dicuntur, Hygeas Græcè appellatur, sunt autem sex, Aer, cibus et potus, Somnus et vigilia, Motus et quies, inanitio et repletio, ac animi patemata, seu accidentia.

3a pars Patologia denominatur et hæc agit de rebus præter naturam, nempè de Morbis, Morborum causis, et Symptomatib.

4a Pars Simeotica appellatur, et considerat signa præsentia, præterita et futura, hoc est diagnostica, prognostica, et rememorativa.

Ultima pars, quæ Therapeutica dicitur duplex est una, quæ conservat, altera quæ Curat; 1a officium recto usu sex rerum non naturalium, 2da autem dimplatur tribus Medicinæ Instrumentis, nempe Dieta, Chirurgia, et Pharmacia.

Prima Medicinæ Pars
De Elementis

Venerimus ad explicationem 1æ partis Medicinæ in qua agitur de rebus naturalibus, et quia Corpus humanum, quatenus est aptum sanabile dicitur Medicinæ Subiectum et cum quælibet facultas quærat sui Subiecti cognitionem, vel absolutè et per se si sit scientia, vel respectivè si sit

ars, et in ordine ad finem non est inconueni:
ens ut eadem Materia diversis inspectis a diver:
sis consideretur facultatibus, quare in cognoscere
debemus hoc corpus humanum ut subjicitur Medice
speculationi, cognoscitur autem unumquodque ab His
totele mediante suorum principiorum cognitione
igitur investigare oportet humani corporis prin:
cipia quatenus egrotabile est et sanabile,
siue principia obsit, *materiale* siue formala; unde Medi
cine pars a Materialibus exordium sumit tanquam
nobis notioribus; Cetera hec Materialia prin:
cipia, uel sunt proxima, et actu existentia,
que corpus constituunt, ut partes seu Membra
vel remota ut humores, verum quia tam partes
similares, quam humores temperamento, velut
a forma terminantur; cum temperamenta ex
elementorum mixtione consurgant; ideirco
que prius debent considerari sunt elementa
tanquam simplicissima, et primaria principia
rerum omnium Naturalium; ut ergo illorum es:
sentiam penetremus, hanc mediante definitio:
ne examinabimus procedentes a definitio:
ne Auicenne.

Elementa sunt corpora, et partes in corpo:
ris humani, et aliorum, que in partes diversa:
rum formarum diuidi non possunt, ex quorum
commixtione species diversorum generatorum
fiunt. Dicuntur corpora loco generis; nam ele:
menta inter corpora naturalia connumerantur
quoniam iste qualitates tangibiles sunt Elementa

ut putauit Ateneus, contra quem disputat Galenus, sed sunt Corpora subiecta istis qualitatibus. dicunt partes i.e. Corporis humani, et aliorum quia cum elementa considerentur respectiue a sunt sub.ter, quod est Corpus humanum; ideo subdit Auicennas esse partes i.as Corporis humani a differentia partium similarium et dissimilarium, quae licet et ipsae sint partes corporis humani non sunt tamen i.ae, quia dissimilares ex similaribus, similares ex humoribus; humores tandem ex elementis constant quare elementa sunt partes i.e Corporis humani; Immo ne quis crederet esse partes i.as solius Corporis addidit Auicennas particulam illorum et aliorum; nullus enim dubitat elementa esse partes i.as quorumcunque Corporum compositorum generabilium et corruptibilium. Diximus quae in partes diuersarum formarum diuidi non possunt loco specificae differentiae ipsorum qua elementa ab alijs corporibus generabilibus et corruptibilibus differunt; quoniam cetera Corpora diuidi possunt in Corpora specie diuersa, sed tamen omnia in elementa, ex quibus constant resoluuntur, quae inter se specie differunt; At elementa in Corpora diuersae speciei diuidi est Impossibile, cum ex alijs Corporibus non generentur, sed ex se mutuo fiant, propter nexum formae cum Materia. Diximus ex quorum commixtione diuersorum generatorum fiant; elementa enim, vel considerantur simpliciter, et

absolutè quæ sunt elementa, et partes,
quæ integrant universum, quæ consideratio non
pertinet ad Medicum, nisi respectivè quatenus
scilicet ex ipsis diversæ generationes fiunt spe:
cies, quæ rarò non solum a Philosophis, verum
etiam a Medicis elementorum cognitio debet con:
siderari, quia ex eorum diverso predominio
variaque commixtione diversæ etiam resultant
qualitates calefaciendi scilicet, refrigeran:
di, humectandi, exsiccandi, attenuandi, inci:
dendi, incrassandi, emolliendi, et quam plurimæ
aliæ facultates, quarum cognitione non habita
impossibile est non solum morbos cognoscere,
sed etiam recte curare.

Recentiores diversimode se habent, et var:
ias sustinent opiniones circa elementa.
Alij enim ut Chimici cum Paracelso tria
tantum constituunt elementa, videlicet sale
sulphur et Mercurium, credentes ex multis cor:
poribus illa tria vi ignis elici, quæ opinio tamen
rejicitur, cum potius sint principiata, quam prin:
cipia.

Alij cum Willisio admittunt elementa esse quin:
que, scilicet sal, sulphur, Mercurium, spiritum
et terra, quæ admodum obscura videntur, et
ideo rejiciuntur.

Alij cum Vanhelmontio aquam tantum statuunt esse
elementum cum dicat omnia corpora liquore
suo Alchaest in aquam resolvere posse, neque
hæc doctrina admittitur propter incertitudinem.

cum Cartesio multi volunt Elementa nihil aliud esse, quam atomos, et particulas inde finitae Magnitudinis, situs, et figurae, ex quibus combinatis proportionatis mixtum producatur.
Franciscus de Laboe Silvius statuit Elementa esse septem, Aquam, Terram, Ignis, Sal, Accidum, Spiritus volatilis, et oleum. Aqua et accidum sunt frigida et humida. Terra frigida et sicca; Ignis, et Sal sunt calidi et sicci, oleum est calidum et densum, Spiritus volatilis calidus et humidus.
Redeuntes ad Elementa iuxta peripateticos dicimus esse quatuor, ut voluit Aristes lib. de Generatione, et Corruptione, quae sunt, Ignis aer, Aqua et Terra. Quorum Cognitio plurimum facit Medicae facultati; nam si natura ignis considerabimus cum plurimum formae efficientis, et minimum Materiae habeat et sit ex sui natura calidus et siccus, atque ob id maximae activitatis, propterea ut docet Hippocrates, Omnia Movere potest, et Regulare; Hinc Auicenna existimauit Magno esse ingeneratis emolumento, ut pote qui suo calore omnia efficiat et sui penetratione aerem substantialiter sacculat. Insuper duorum grauium elementorum frigiditatem ita ostendit, ut ex Elementari eorum statu ad temperatum reducat, qua propter Ignis, si in aliquo predominium habuerit biliosum, hoc est calidum et siccum constituet Temperamentum;

si autem in Medicamentis prævaluerit, calefaciet, et exsiccabit, nec non etiam potis erit rarefacere, concoquere, penetrare, subtiliare, digerere, attrahere et resoluere.

Aer Corpori humano non euentationis tantum, sed Alimoniæ spiritualis causam conducere uidetur, quasi hoc veluti fomite anima nostra in Corpore conseruetur; Huius natura calida est et humida, et reducit effectus rariores, leuiores, tenuiores, molliores, et ad motum aptos; Si in aliquo prædominium habuerit calidum et humidum, hoc est sanguineum, efficiet temperamentum; dum vero in Medicamentis prædominatur erunt calida, et humida, nec non partium tenuium simpliciter alterantur à calore naturali, et ad actum reducuntur quoniam Aeris substantia tenuissima est, quare simplicissimè alterantur teste Galeno 1o. de differentijs febrium cap: 1o.

Aqua, quæ frigida est, et humida diuersas inducit utilitates, nam partes rerum formandarum bene et æqualiter figurat nam humida formas et figuras externas facile admittit, præ nimia tamen fluxibilitate difficulter detinet. Hæc si prædominetur in Corpore temperamentum constituet humidum et frigidum hoc est pituitosum; si autem in Medicamentis prævaluerit refrigerandi, humectandi et relaxandi facultate prædita erit.

Terra quæ natura sua frigida est et sicca ad retentionem et fixionem iuuat, ut partes se se

mutuo comprehendant, et firment, figuras et formationes custodit et retinet, et proprio, non alieno termino terminat. Hec dum prevalet in homine temperamentum frigidum et siccum, hoc est Melancolicum facit, dum vero in Medicamentis predominat, frigida et sicca constituunt Styptica, et adstringenti facultate predita.

De Temperamentis.

Tractatui de Elementis iure merito subnectitur ille, qui de Temperamentis instituitur, cum ex mutua Elementorum commixtione temperies consurgat; Unde Galenus 1.o de Temperamentis merito dicebat tractationem de Elementis ordine excipere illam, que contemplatur, et considerat temperamenta; Igitur cognoscendum erit quid sit Temperamentum; quot et que sint temperamenta partium Corporis humani, nec non etatum, sexuum, Anni temporum, et Regionum.
Deffinitur Igitur ab Avicenna fen 1.a lib. 1.o temperamentum, quod sit quedam qualitas proveniens ex mutua actione et passione contrariarum qualitatum in Elementis immutatarum; quarum partes ad tantam parvitatem redacte sunt, ut cuicumque earum plurimum contingat alterius; quare temperamentum est qualitas consurgens ex actione et passione contrariarum qualitatum, que quidem dum Elementa simul miscentur, ipsorumque qualitates refractas, non integras continet; ita ut ex omnibus

illis simul concurrentibus quædam 3ª facultas, seu Temperamentum emergat, quod illas omnes potestate contineat, et hoc est illud, quod sensit Aristoteles lib: de Generatione et Corruptione.

Cæterum Avicennæ obijci potest non recte dixisse quando addidit, ut cuiuscumque earum plurimum contingat alterius, quia una pars elementorum alteram non tangit, ita ut Mixtum sit quoddam continuum, siquidem temperamentum est unio per continuationem elementorum non autem per contiguitatem, unde ut Avicennam tueamur dicere possumus male fuisse translata verba ex idiomate Arabico in Latinum.

De Differentijs Temperamentorum Omnium.

Temperamentorum differentiæ plurimæ existent in specie tamen ad novem reducuntur; Una est, quæ in summum est temperata; quatuor verò adversus hanc sunt Intemperatæ; cæteræ autem quatuor medium obtinent locum; Una igitur est differentia temperata, et octo intemperatæ; quarum quatuor simplices dicuntur et quatuor compositæ; simplices sunt, Calidum, frigidum, Humidum et Siccum; Compositæ verò sunt Calidum et humidum, Calidum et Siccum, frigidum et humidum, frigidum et Siccum; Illud autem, quod complet numerum novem dicitur Temperamentum æquale, quod est duplex, ad pondus nimirum, et ad Iustitiam. Una ergo est differentia

temperata, et octo Intemperatę.

Notandum tamen est Temperamentorum differentias magis et minus temperatas dici, quatenus magis ab illa in temperata recedunt, quorum gradus sunt fere infiniti modi, ut differeas infinita fere videantur hominum, et cęterorum animantium temperamenta, cuius causa fuenit ex quatuor elementis diverso modo immixtis se habentibus, quę sunt principia remota, seu ex quatuor humoribus, quę sunt principia propria inter se mixta quibus homo constat, ex quorum proportione temperamentum consurgit; Hęc omnia sunt Corpora continua, quare in infinitum divisibilia, tot igitur proportionibus misceri possunt, ideoque infinita fere oriantur temperamenta, licet postea ad unum ex novem iam enarratis reducantur.

Natura temperata, quę est nona talis dicitur duplicitur; vel simpliciter, vel secundum quid; illa dicitur illa, quę ab utroque extremorum ęqualiter distat, et vocatur temperamentum ad pondus; temperata vero natura secundum quid est illa, quę unicuique naturę maxime conveniens est, et vocatur ad iustitiam; dicitur autem talis, quia cum iustitię munus sit suum unicuique tribuere. ideo suum unicuique tribuisse videtur natura, quando ei exactam temperiem ad propria munera perfecte obeunda perfectam dedit.

Rursus temperata natura ad pondus potest esse talis duplicitur, vel quia constat ex ęqualibus elementorum proportionibus; vel ex ęqualibus eorundem

gradum qualitatum, nam cum Temperamentum con:
surgat ex Mutua actione et passione Elemento:
rum dum inuicem miscentur; illud mixtum, quod con:
stituit, ut dicatur Temperamentum ad pondus, uel
debet constare ex æquali Elementorum mensura
uel ex æqualibus qualitatum gradibus, ita ut medium
penitus sit constitutum inter has qualitates;
Hoc enim temperamentum ad pondus ex æquali Ele:
mentorum proportione dari non posse omnes existi:
mant, quia omne mixtum siue perfectum, siue
imperfectum, uel terminatur proprio terrestri, uel alieno,
si proprio, ergo in eo prævalebit terra, si in ali:
eno aqua, uel aer; præterquamquod si æqualis ad:
esset ignis proportio cum alijs Elementis, mixtum
illud saltem calidissimum euaderet propter insignem
actiuitatem, quam habet ignis, et sic temperatum
euaderet intemperatum in caloris excessum. Verum
temperatum Corpus ad pondus ex æqualibus qualita:
tum gradibus, reuera dari posse existimo, nam si quid
repugnaret, uel esset, quia aduersaretur Naturæ co:
muni, uel propriæ non Communi, quoniam hæc est uniuer:
salis perfectio, ut omnia contineat, alibi non esset uni:
uersum; Non propriæ, quia si calor e.g. posset ser:
uari tum cum intensiori frigore, tum cum remis:
siori, quid prohibet quo minus possit seruari,
cum æqualibus eadem ratio ualet de sicco et hu:
mido.

Manifestum igitur est dari posse hoc Temperamentum
æquale constitutum in medio frigiditatis, calidita:
tis, humiditatis et siccitatis, ita ut ab omnibus

istis qualitatib. pari absit intervallo; quod tamen temperamentum in aliquo corpore similari potest reperiri; unde si loquamur de hominis partib. similarib., cutis, quæ in vola manus reperit. est absolute eredit. à pondus, quonia illa censet organum sensus, et tactus, quod organum Aristot. lib. de Anima in medium positum esse debuit, dixit ad hoc, ut externa possint sentire; At Homo secondum Corpus universum ita temperatum non datur, cum Corpus humanum à tot et varijs causis tam intrinsecis, quam extrinsecis continuò alteretur, adeò ut [illegible] temporis momentum eundem nequeat servare statum.

De Temperamentis Secondum Recentiores.

Recentiores statuunt sanitatem consistere in partium fluidarum temperie, et legitima secondum minimas particulas mixtione, nec non in canaliculorum, et tubulorum debita stabilitate, conformatione et configuratione, sic enim corporis machinas apta erit omnes functiones tam vitales, quam Animales exercere, omittunt autem naturales, quia has in vitalib. intendunt consistere.

Per fluida, quæ in sanguinis massa commiscentur intelligere debemus portionem bilis, pituitæ, salivalis, succi Pancreatici, lymphæ spirituum, et chyli, qui iunctim circulant inter sanguinis massa et fermentationes modò naturales, modò præternaturales sumunt; P.o ad sanitatis tutelam,

aliæ vero à Corporis insalubritate; Pori autem sunt diversæ figuræ, quæ consistunt in partibus solidis, et accomodantur diversis particulis sanguinis quæ nutritione partium inserviunt; hinc faciunt, quod alij habeant figuras quadratas, lubricas, rotundas, ovales &c, et in tot alijs modis, qui difficulter exprimuntur sicut eveniant, aut ex ~~nimia~~ nimia laxitate, vel rigiditate fibrarum eveniunt operationes solidarum partium in perniciem totius Machinæ naturalis; Sciendum est etiam, quod hæ particulæ diverso modo constitutæ in Sanguinis Massa diversum constituunt temperamentum; Unde cum quælibet essentia rei per Deffinitionem innotescat, Hinc quomodo deffiniatur temperamentum à Recentioribus iuxta sua principia afferre decrevimus.

Temperamentum est qualitas, sive certa corporis dispositio à legitima temperie, et Mixtione fluidorum, et à debita textura partium soli: darum, et pororum Configuratione dependens; quod ut Intelligatur sensum huius deffinitionis sciendum est, quod sanguis temperatus, et bene mixtus vocatur, cuius omnes partes convenienti ordine, motu, situ et figura, et Magnitudine in ipsa conveniunt, et nulla qualitas præ alijs prædominium obtinuerit; Verum sicuti iam diximus non dari Temperamentum ad pondus secundum Galenicos, ita neque à Recentiores admittitur, cum prædicta principia, seu particulæ ad omnes in proportione

nunquam conueniant, unde et ipsi Temperamentum ad Iustitiam concedunt.

Igitur si particulę Sanguinis Sulphureę, Inflammabiles et agiles in Corpore prędominentur, magnus aderit calor, pulsus erit uehementior, somnus breuior, facies pallida cum aliquali rubore, et tunc huiusmodi corpora dicuntur habere temperamentum biliosum, seu colericum.

Quando particulę Aquosę, uel uiscidę, et crudiores reliquas superant in Sanguinis massa, dicitur Temperamentum pituitosum, siue flegmaticum et qui tali prediti sunt temperamento facile frigent, frequenter sputant, somnolenti sunt, ingenij tardioris; sanguis minus est fermentescibilis, salia magis activa magis depressa iacent, hoc est accida; uasa sanguifera non sunt adeo distenta, habitus mollis, et facies est pallida.

Si particulę accidę fixę, alięque feculentę et terrestres prędominentur in sanguine, Temperamentum faciunt Melancolicum, et tales sunt cogitabundi, tristes, obstructionibus expositi, et in uno semper peccant extremo, uel enim nimis uoraces, uel nimis abstinentes, uel extreme tristes uel hilares sunt; Aluus uel solito fluidior, uel nimis sicca existit et fere semper sunt ualetudinarij iuxta illud quod scripsit Philosophus Melancolici naturaliter semper egent medicina.

Ultimo, si Sanguis lacte sit turgidus, hoc est Substantia quadam pinguis, et unctuosa

cum eius partes amplissime in corde rarescant et gumose ad Nutritionem admodum aptę predominent, temperamentum constituunt sanguineum. Hęc pauca de Temperamentorum Natura exposui né vobis simul defficiant Neutericorum placita exposita circa eorum constitutionem, ita ut, cum habueritis divisa temperamenta ad mentem Peripateticorum in calidum et humidum, in calidum et siccum, frigidum et humidum, frigidum et siccum iuxta Galenum in sanguineum, biliosum, pituitosum, et Melancolicum secondum Astrologos in solare, Lunare, Ioviale, Martiale, Saturninum, Mercuriale, et venereum, cum his quę iniunximus ad normam Recentiorum nihil ultro circa Temperamentorum cognitionem habeatis exoptandum. Hinc iuxta institutum nostrum prosequemur ea, quę spectant ad doctrinam de humoribus ab Avicenna datam secondum mentem Hippocratis et Galeni, et ubi aliqua deffecerint etiam ad Methodum Neutericorum aliqua pariter insinuabimus, ut Lectis et perlectis voluminibus quę passim evulgantur attinentibus ad Phisiologicam doctrinam noviter inventam, satim vobis adsint principia, quę valeatis rectam ab obliquo dignoscere, et veram Methodum assumere in publicum commodum, et in vestram existimationem.

De ~~Humoribus~~ Partu

Tempserie.

18 Partes nostri corporis sunt contenta, continentia, et impetum facientia; sic vocavit Hippocrates, quæ alio nomine appellant, solida, humores et spiritus. Hæc autem aut calida, aut frigida, aut humida, aut sicca existunt, inter se tamen differentia secundum maiorem, vel minorem recessum, quem habent a cute, quæ est norma et regula temperamenti reliquarum partium.

Primum itaque calidarum est spiritus, cui succedit cor, cordi sanguis, sanguini hepar, hepati caro simplex. Huic musculus, musculo lien, lieni succedunt renes, renibus tunicæ arteriarum, deinde tunicæ venarum. His omnibus cutis...

Notandum tamen sanguinem 1º dici calidiorem hepate, quia licet generetur in hepate secundum antiquos, a corde tamen recipit spiritum, et calorem mediante vena cava ascendente ad dexterum cordis ventriculum.

Notandum 2do tunicas arteriarum et venarum non secundum se dici calidas, sed ratione contenti, hoc est sanguinis vitalis et arterialis.

Inter partes frigidas 1um locum tenet pituita, pituitæ succedunt pili, pilis ossa, ossibus cartilago, cartilagini ligamentum, ligamento tendo qui corda ab Arabibus dicitur, tendini membranæ, membranæ sequuntur nervi, nervis spinalis medulla, postea cerebri adeps, ultimo cutis.

Inter partes humidas 1º enumeratur pituita,

deindè sanguis, cerebrum, Huic succedit Spinalis Medulla, quia cerebrum et Spinalis medulla sunt eiusdem substã; cerebrum tamen humidius, atq calidius est; Post Spinalem Medullam succedit caro Mamillarum, et Testiculorum; His pulmo, Pulmoni Epar, Epati Musculi Lingua, tandem Cutis.

Notandum Pulmones dici humidiores Epate humiditate aduentitia, quia à Capite in ipsum multo descendit Pituitæ copia.

Inter partes siccas connumerantur 1° Pili, deindè ossa, posteà Cartilago quam sequitur Ligamentum, post Ligamentum tendo, deindè Membrana, Arteria, et Vena, Nervi motiui, et sensitiui, cor et tandem Cutis.

Notandum ossa esse minus sicca pilis, quia illa componuntur ex semine, pili ex fuliginibus; undè ossa possunt nutrire Animalia, quod facere non possunt pili.

De Ætatum differentijs et Temperamento.

Primordium cuiuscumq: Animalis calidum est, et humidum cum constet ex Sanguine et semine; Hæc enim duo principia calida sunt et humida deindè procedente tempore Corpus redditur siccius et frigidius cum tandem ad interitum, et hoc euenit illi ex Necessitate Materiæ continuò consumantis,

et dissipulantis calores et humidas, quod non solum docuit Galenus pluribus in locis, sed etiam ab alijs contra, quoniam calor innatus, cum sit agens naturale, et in agendo repatiens, impossibile est ipsum continuo, quod deperdit humores, posse resarcire, qua de causa variae in toto vitae hominum curriculo mutationes exoriuntur, a quibus Medici solent dessumere etatum differentias, et earundem contemperamenta; considerandum itaque in primis venit quid et quotuplex sit etas, assignando singulis etatibus proprias et peculiares temperies. ~

Quid et Quotuplex Sit Etas, Et Quodnam Sit Eius Temperamentum. ~

Etas potest intelligi dupliciter vel pro diverso vitae tempore, vel pro quodam vitae periodo, ut pueritia Iuventus, Virilitas; Etas universe sumpta nihil aliud est, quam Universe vitae cursus totum tempus includens, quo homo potest servari, at Etas sumpta pro quadam distincta parte nihil aliud est, quam portio temporis vitae, quae differt a ceteris etatis partibus quadam sibi propria conditione; Quemadmodum Pueritia differt a Iuventute, Iuventus a Virilitate. Quinque sunt differentiae etatum iuxta mentem Galeni; idest Pueritia, Adolescentia, sive pubertas, Iuventus, Virilitas, et Senectus; Notandum tamen est etates non posse circonscribi annorum num.o sicuti nulli fecerunt; nam cum diversa sint hominum temper.ta, hinc sequitur quod pro eorum divers.te non eadem esse possit in omnibus etatum circonscriptio; unde calidiores citius, frigidiores tardius pubescunt. ~

Pueritia diuiditur in duas partes; 1a dicitur infantia, et extenditur usque ad 1um septenium, et dicuntur infantes, quia adhuc fari perfecte nequeunt; 2da extenditur usque ad 2dum septenium quoad temperamentum calida est et humida, quia animalia, quo proximiora sunt suis principijs eo calidiora, et humidiora existunt, qua ratione infantia humidior, quam Pueritia est.

Pubertas, siue Adolescentia incipit 14o, uel 15o uel 18o anno, ratione calidioris, aut frigidioris temperaturæ; calidiores enim citius, frigidiores verò tardius pubescunt, et extenditur usque ad 25um annum. Omnes Medici affirmant hanc ætatem esse cæteris temperatiorem.

Ætas Iuuenilis ita dicta à iuuando, quia apta est tolerare labores; Incipit à 25o anno, et extenditur usque ad 35um. Quod suum temperamentum calida est et sicca; Ætas Consistentiæ, quam Virilitatem alias appellant incipit à 35o et progreditur usque ad 49um; respectu ætatum antecedentium frigida est et sicca, nam sicut in Adolescentia prædominatur sanguis in Iuuentute bilis, ita in hac humor Melancolicus. Ultimò datur Senectus, quæ in tres partes diuiditur; 1a appellatur cruda et viridis, in qua homines sunt ad Munera Ciuilia obeunda idonei præsertim in his, qui optima temperie et Corporis constitutione sunt præditi. Incipit à 49o anno, et progreditur usque ad 60um: 2dam Senectutis partem tenent illi, qui non amplius apti

 sunt ad Civilia Munera obeunda, sed otio et vita quietiore indigent; Incipit à 60.° anno, et extendit usq: ad 70.um. Reliquum vitæ tempus, si cui contigerit ad id pervenire decrepitas appellatur, ita qua iam de funeris pompa est cogitandum.

Senectus in Universum frigida est et sicca et talis fuit appellata à Galeno veniens ex annorum Multitudine. duo tamen hic sunt adnotanda, Nimirum 1.am senectutis partes esse minus frigidas et siccas quas 2.das, et 2.das quas 3.a; Alterum est senectutes videri frigidas et humidas ratione sui, sed ob abundantiam excrementorum, quæ in senibus ob caloris imbecillitatem redundant; ut colligitur in Galeno 2.do de Temperamentis.

De Temperie Sexuum.

Iam dicta determinata est illa quæstio, an Mares sint fæminis calidiores, ut videndum est apud Galenum 3.o de causis pulsuum 2.do ubi dicit calidiores esse Mares fæmina, sicuti præstantissimi tum Philosophi, tum Medici senserunt; Hoc tamen est Intelligendum in Universali, non verò in particulari; quoniam aliquandò contingit Mulierem esse calidiorem viro, ut sunt Mulieres, quæ viragines appellantur; nam si cum viro pituitoso et Melanconico conferantur; absq: dubio erunt illo calidiores.

De Anni Temporum Temperamentis.

Quatuor sunt Anni tempora, Ver scilicet, Estas, Autumnus, et Hyems; unde supponendum est has quatuor Anni tempestates secundum propriam naturam esse considerandas; Ver enim ex ~~pat~~ placito Galeni temperatum est; et si in ipso aliquid de excessus erit in calditate, et humiditate non tamen in ea, quae morbosa est, sicuti accidit in Constitutione Austrina, sed calidum est et humidum calditate, et humiditate naturali temperata et salubri; quare ab Hippocrate Ver appellat salubernimum; Hoc tempore predominatur Sanguis.

Estas calida est et sicca secundum propriam naturam quoniam calor superat frigiditatem, et siccitas humiditatem; Hac tempestate prevalet bilis.

Autumnus in activis qualitatibus est inequalis, cum modo calor, modo frigus urgeat, unde Hippocrates merito dicebat, quod cum eadem die nos calor, et frigus urgeat, morbos introducit Autumnales in passivis qualitatibus vergit ad siccitatem, tunc Humor Melancolicus exuberat.

Hyems frigida est et humida, quia frigiditas superat calorem, et humiditas vincit siccitatem, et hac de causa prevalet Pituita.

De Temperamento Regionum

Quoad Regionum Temperamenta, Avicennas illam appellavit Regionem temperatam, quae est sub equatore; illa, quae vergit ad Septentrionem frigida

est et ~~[illegible]~~ ventis exposita, quae verò à Meridie calida est, et quae proxima est paludibus, ac fluminibus humida existit, sicuti sicca, quae montuosa, petrosa, et aspera; verum hoc bené determinari non potest nisi ex Cognitione Maioris et Minoris propinquitatis à Spatio, per quod sol Movetur.

De Humoribus.

Absoluto tractatu de Elementis et de Temperamentis non solum in Universali, sed in particulari agendum est de humoribus, qui non amplius sunt rerum omnium principia communia, ut Elementa tam inanimatis, quam animatis mixtis convenientia, sed sunt proxima principia Materialia omnium Animalium sanguineorum, ut docet Galenus, quorum cognitio non solum utilis est, sed necessaria Medico, cum omnes morbi aut ab intemperie, aut ex copia, aut Mala humorum qualitate generentur; 1º igitur examinandum est quid sit humor, deinde quot et quinam sint humores tam Alimentares, quam excrementitij, quomodo generentur ex quibus scilicet, et à quibus, nec non etiam quid agant in Corpore nostro, ultimò de humorum sero, et Ichore erit examinandum, quibus omnibus adapertis exactam habebimus humorum notitiam.

Quid sit Humor.

Per humores Intelligendi sunt, Sanguis, Bilis, Pituita, et Melancolia; à Galeno saepé saepius

multis in locis appellant succi, unde quoad deffinitionem pertinet; Nihil aliud est humor, quam Corpus humidum et fluidum, in quod Corpus nutriens primo conuertitur; dicitur Corpus loco generis, et ex substantia corporea ex materia, et forma; Humores autem dicuntur Corporea, quia ex ipsis solidae partes, et corporeae fiunt; Necessarium enim est, ut omne corporeum ex Corpore, non autem ut in Corporeo generetur; dicitur fluidum ad differentiam Corporis sicci, et quia humidum vel est actu, vel potentia, in praesenti Intelligendum est de humido actu, et hac de causa Auicenna fluidum dicit; Siquidem omnes humores actu sunt fluidi, et alieno termino terminabiles; dicitur in quod Corpus Nutriens primo conuertitur, ubi per nutriens intelligitur Alimentum, quod conuertitur in humorem, siue sit cibus, siue sit potus, nam Materia, ex qua humores fiunt sunt Alimenta in Corpore ingesta. ~

At dubitari contingit, cur Auicenna addiderit vocem illam primo nam per illam denotare uidetur Alimentum esse Causam p̃ximã, et immediatam humorum Materialem, quod fortasse á quibusdam iudicabitur falsum, quoniam Alimenta non immediate conuertuntur in humores, sed primo transmutantur á Ventriculi facultate concoctrice in Chilũ, ex quo deinde fit, quam ex immediata causa naturali Hepatis, ubi facultas sanguificatrix uiget secundum Opinionem antiquorum, quatuor enim producuntur humores, quocirca Chilus uidetur esse Causa immediata Materialis humorum, non autem Alimenta. ~

26 Verum ut Avicennam sequamur, dicere possumus ipsum Nomine corporis nutrientis intellexisse Alimenta simpliciter, qualia sunt antequam comedantur, sed quatenus eam dispositionem et transmutationem sunt adepta ratione cuius apta sunt postea, ut immediate convertantur in sanguinem.
Nota in hac deffinitione deesse causam humorum efficientem, quae est Animae facultas concoctrix, quae utitur calore innato, et partium temperie ad humorum generationem, qui etiam observamus deesse causam finalem, quare ut manca hoc modo erit deffinienda; Humor est Corpus humidum, et fluidum, in quod Corpus Nutriens primo convertitur a facultate Hepatis concoctrice quoadiuvante calore innato, et eiusdem temperie ut cedat in partium nutrimentum; Continet hac deffinitio explicite quatuor causarum genera; formalis enim est Corpus humidum et fluidum; materialis sunt Alimenta; efficiens, est facultas Hepatis concoctrix; Finalis tandem, ut partes nutriantur.

Quot Sint Humores

Antiqua fuit opinio hominem ex uno solo humore esse constitutum, ex solo sanguine scilicet, aut pituita, aut bile flava, aut atra; Sed contra hanc Opinionem disputat Galenus et Hippocrates lib. de Natura humana, ubi demonstrant hominem constare ex quatuor humoribus, qui semper in homine reperiuntur in quacumque etate et anni tempore; quia si se homini insunt, quecumque

enim sunt [illegible] se talia, et ubiq; talia erunt, unde cum ipse quatuor humores reperiantur in humano corpore hinc est adesse omnes quocumq; tempore, quacumq; etate, quocumque sexu, quacumque regione, quod solum experientia comprobatur, nam si homini medicamentum dederis, quod bilem evacuet bilem uidebis exire, quod si medicamentum dederis pituitam evacuans, pituitam uidebis, quod si medicamentum exibeatur, atram bilem educens et melanconiam, melanconiam, atramq; bilem observabis, quod si ulnus in aliqua corporis parte infligatur, sanguis ab illo effluet. unde cum Hippocrate concludendum quatuor de facto humores esse in corpore nostro, qui humores sunt predicti, nempe sanguis, bilis &.

Unusquisq; horum, aut alimentalis est, aut excrementitius; alimentales sunt, qui in substantiam aliti convertuntur; excrementitij verò, qui nutrire nequeunt, etiamsi natura interdum ijs utatur in aliquem usum, ut uidebimus infra.

De Sanguine.

Sanguis quoad nomen ex Galeno 6.° Epidemiorum textu 28.° dupliciter intelligitur, vel ut est humor à ceteris humoribus distinctus scilicet qui est 4.us humor, vel pro tota massa sanguinea in uenis existente: nos hic loquimur de sanguine 1.° modo, ut sumpsit Hippocrates lib: de Natura humana textu

Sanguis igitur, qui a ceteris humoribus distinguitur, quem dixerunt antiqui in hepate generari, nihil aliud est, quam quaedam substantia fluida calida et humida portione respondens aeri, ut fere omnes medici affirmant.

Hic sanguis duplex est, unus totus bonus, et perfecte nutriens, alter ab hac perfectione totaliter recedit.

Sanguis igitur perfectus sic potest describi: Sanguis est humor rubens, calidus et humidus ex calidiore et humidiore chili portione genitus in hepate ex antiquis, ut cedat postea in nutrimentum partium corporis sibi analogarum.

Per partes analogas intelligimus partes similes ita ut quando dicitur, quod sanguis nutrit partes analogas intelligimus á sanguine nutriri partes sibi similes, nempe partes, quae sint calidae et humidae.

Comprobatur definitio sanguinis ex quatuor causarum generibus, nam causa formalis est sanguinis temperies calida et humida, quam sequitur rubedo; concoctio enim, quae fit in hepate assimilatur assationi, quae autem assantur, ut experientia docet rubra fiunt, quare sanguis rubens est unde calor sanguinis etiam procedit ab hepate á quo generatur, quia orta testantur naturam suorum principiorum, et efficiens sibi assimilare passum quaerit; quia vero concoctus est á malo odore est immunis, qua de causa

gustui suauis et dulcis, eius enim sapore
pallato admodum gratus resultat, quæ omnia
sequuntur sanguinis temperiem; Causa efficiens
illius est facultas concoctrix, sive sanguifica
trix hepatis secundum Antiquos, quæ utitur calore
proprio et temperie tamquam instrumentis; Causa
materialis est purior chili portio, nam quæ magis
terrea sunt in melancoliam, quæ uero subtilio:
ra, tenuiora, et calidora in bilem, quæ frigidi:
ora in pituitam; quæ uero puriora, et tem:
peratiora in sanguinem transmutantur. Causa
tandem finalis est, quod sanguis sit nutrimen:
tum partium sibi analogarum.
Continetur uel in arterijs, uel in uenis, qui exis:
tit in arterijs tum calidior tum spirituosior est,
quia insitum calorem conseruare debeat; qui
autem in uenis inmoratur non ita tenuis et calidus
est, et per uenas defertur ad omnes corporis partes
nutriendas; iuxta tamen opinionem antiquorum,
aut aliter sentiant recentiores, ut infra uide:
bimus.
Sanguis imperfectus et uitiosus triplicit[er] euadit
a naturali sua perfectione, nimirum, uel secundum
quantitatem, uel secundum qualitatem, uel secundum
substantiam; secundum quantitatem dicitur sanguis pec:
care, quotiescumque aut excedit ut in corporibus
Athleticis, aut defficit ~~...~~ ut in corporibus Chachecti:
cis; secundum qualitatem sanguis euadit uitiosus,
quando alteratur a proprio temperamento, aut
nimis crassus, uiscidus, ac lentus existat. Secundum

substantiam mutatur sanguis, vel quia putrescat, et putrefactus secundum partem tenuem convertatur in bilem; et secundum crassam in Melancoliam. Accidens vero, quando permiscetur cum altero humore ab eo diversus, ut puta Icor, saniesque. Visa doctrina circa Sanguinis elaborationem iuxta Antiquorum dogmata, ne nobis defficiant alia Neutericorum placita, paulisper circa hanc Materiam versabimur; quo circo sciendum venit in 1.º; quod cum chilus per accidit particulas varijs in partibus nutritionis optime defecatus existat; praecipue ex sententia Silvij de Laboe perfectiorem habens elaborationem ab illo humorum triumvirato succi ingrediens Pancreatici Pituitae salivalis, et bilis; ille, qui a ductu Pancreatico supra ductum Cholidoci inserviens, alterque a glandulis salivaribus communicatur; 2.º vero, qui ab Epate duodeno mandatur per venas lacteas sensim transeundo, et maiorem semper purificationem acquirendo; quousque deferatur ad receptaculum Pequeti, quod Magna Glandula etiam nuncupatur; ad quod receptaculum plura vasa limphatica concurrunt; ut sanguis limphae beneficio dilutus et magis purificatus ad ductum Thoracicum transeat; donec perveniat ad venas subclavias, et proprijs ductibus inseratur truncis venae cavae, ut a vena cava in dexteram Cordis auriculam ab hac in dexterum ventriculum immitatur ubi effervescit, rarescit, et accenditur una cum alio sanguine perfecto, cui miscetur, ut

inde per uenam arteriosam communicet pulmonibus, ut ibi magis elaboretur, et ab Aeris nitrositate colorem acquirat; A Pulmonibus in Arterias uenosas descendit, et in Sinistram Auriculam recipiatur, et ab hac Sinistro Ventriculo immitatur, ibique magis, quam in dextero effervescat, flavescat, et accendatur; Ideoque hac ultima sanguinis affectione insinuatur, si non unica vice saltem aliis reiteratis circulationis motibus, quibus plena albedine derelictas in rubrum colorem demigrat; Et explicant hanc elaborationem exemplo lactis cui si Mixtum sit sal tartari, hac per ebullitionem rubrum suscipit colorem.~

Nec Opinio hæc Recentiorum Authoritatibus remanet destituta, nam Aristoteles et Hippocrates in lib: de hominum structura Num.º 2.º scripserunt arterias á corde purum sanguinem recipere, et spiritum, Venas autem á corde sanguine fumere, unde statutum fuit Cor esse sanguinis fontem lib: 4.º de Morbis, ita ut nostris temporibus non amplius decantetur sanguificatio in Hepate, sed ipsum tantum constituunt colatorium bilis, et massæ sanguineæ expurgatorium, cui etiam Lienis succus quibus accidum subministrat ad hanc fermentationem vite efficiendam quod uidere potestis ex Malchibio in eius libello de Lienis structura edito.~

Quamvis Thomas Cornelius in lib: Progymnasmatis Progymnasmate 5.º statuat nec adhuc omnino denegandum esse, quin aliquid Chili defferatur etiam

 a Hepar, ut in Sanguinem transmutet, neq; ab hac
opinione aliqui etiam dissentiunt, hoc tamen veris:
simum est, quod ductus ille Thoracicus manifeste
chilum ducit ad venas per loca iam vobis assignata.
Alterum, quod venit anotandum ex eiusdem doctrina
est, quod in Sanguine due dent partes, una
scilicet, que concrescit in fibras si refrigeret et
vocat Auctifica, et nutritiua; Altera vero subtilis,
et rubicunda, que ab ipso pariter viuifica
dicit, et quod in Corporis partibus naturalis caloris
munera fungit, et ne quis hanc opinionem cogitati:
uam tantum iudicet, hanc comprobat experimen:
ta, si enim mittat Sanguis in talo, pars illa, que
canlicat albescit, et incrassat, et in aqua calente
petit fundum dicit pars Auctifica, que vero impri:
mit rubrum colorem aque pars viuifica et Spiritualis
nuncupat.

De Pituita.

Iure merito post Sanguinis tractationem de Pi:
tuita venit agendum, cum hec non multum a San:
guinis Natura recedat, cum per ulteriores concoc:
tiones valeat in Sanguinem transmutari. Pituita
igit si cum Elementis conferat Aque, si vero
Anni temporibus hiemi respondet, quia ipsa
per hiemem precipue augeat, ut poteque Na:
tura maxime cum hieme consentiat, cum Cor:
pus sit frigidum et humidum. Duplex est Alimen:
talis una, Excrementitia altera; i.a Deffinit
quod sit humor frigidus et humidus ex fri:

gidori et humidiori chili portione genitus ut cedat in Nutrimentum partium sibi Analogarum. Hic humor virtualiter et actu respondet Aquæ unde hæc pituita est omninò specie diversa ab excrementitia, et solum secundum quandam Similitudinem talis appellatur. Excrementitia verò subdividitur in Naturalem et præter Naturam; Naturalis est illa, quæ producitur in Ventriculo, et per ulteriorem Concoctionem potest in bonum Sanguinem converti, et hæc est illa, quæ supernatare videtur in Sanguine extracto quæ est Materia alba et aliquandò crassa et viscida. Huic pituitoso, et excrementitio humori Natura nullum concedit Instrumentum, quod eam expurgaret quemadmodum bili destinavit Vesicam felleam, et Melancoliæ Lienem, Ratio autem est, quia cum Pituita sit humor veluti ex dimidio coctus, talis succus non utique evacuari desiderat, sed in Corpore manens alterari: Hinc factum est, quod siquis humor excrementitius una cum Sanguine permeat per Universum Corpus, sit Pituitosus, unde Necessitatis et utilitatis Causa defferitur. Necessitas est, ut defficiente Sanguine bonò, Natura eo utatur, ne Corpus frustretur Alimento tamquam pravo, ut patet in Leuco phlegmaticis; Utilitas verò est, ut Membra humectet, præcipuè quæ Motui sunt destinata, ne incalescant, et Nimium exsiccentur.

Porrò Pituitæ excrementitiæ non Naturalis species Multæ sunt, tamen omnes desumuntur, vel ab

 illius systoskia, aut á qualitatib. suis primis seu 2.dis. aut tandem á diversa actione caloris; differta á substantia petita, alia est Mucosa et partibus inequalibus. alia verò est Cruda et partibus equalibus. Illa enim á calore aliquo pacto passa secundum quasdam portiones crassior reddit; secundum quasdam minus, et ob id Inequalis, que verò nulla á calore habuit, vel saltim paucas Mutationes; cruda et partibus equalibus dicit. quia equaliter nulla sustinuit passionem.

Rursus Pituita. Alia est aquosa et tenuis alia viscida et lenta. que nihil aliud est, quam crudus humor cui lentor est adiunctus, quam Pituitam Anaxagoras uitream uocat, quiá emulatur Uitrum fuscum; Alia est Pituita Gypsea, que circá Articulos concrescit quarum omnium Pituite specierum Meminit Galenus 3.o de locis affectis 2.do excepta Gypsea, de qua nullam fecit Mentionem, et iure quoniam illam appellare non licet Nomine humoris, cum non sit corpus humidum, et fluidum.

Differentia autem Pituite excrementitie considerate penes 1.as qualitates, vel est Magis vel Minus frigida, quam proprie conueniat nature; Frigidior Pituita est viscida, lenta, Uitrea, Gypsea, Aquosa, et Tenuis ita tamen ut sit salsedinis expers. et ut summatim dicam, Omnes Pituite excrementitie differentie excepta salsa, et crassa non omnis sed sola ea, que talis reddita fuit á calore; ad cuius intelligentiam notandum uenit; Pituitam duplicit. crassam euadere, vel quando assat. á calore partib. tenuiorib. resolutis, vel quando á frigus conge-

lat, iisdem partibus tenuioribus expressis, hac iesto fri:
gidior est, ita verò calidior.
Differentiæ Pituitæ dessumptæ à 2dis qualitatibus sunt tres, idest ac:
cidam, dulcis, et salsam; et licet Galenus assignet quoque insipi:
dam, reducitur ad dulcem, cum utraque fiat ex paucam caldita:
te; sicuti accidam à frigiditate; salsa enim Piteita effi:
citur, quotescumque vapores ipsi moventur, seu exhalationes ca:
lidæ sursum feruntur, dum caliditas agit in humores, undè
Pituitæ immixtæ, quæ proportione respondet Aquæ sal:
sam producunt Pituitam, ut succedit in salsedine Maris
quæ nulla alia recognoscit causam, quam commixtionem
exhalationis terrestris calidæ et siccæ cum Aqua.
Tandem differentiæ Pituitosorum excrementorum
penes diversam caloris actionem; quædam enim
sunt simpliciter crudæ et inchoatæ Materiæ, aliæ
parum ~~ab~~ absunt à Sanguinis forma, ita ut in:
numeræ esse possint præternaturales differentiæ
prò diversitate caloris in illas agentis, ut
affirmat Galenus lib: de Sanitate tuenda cap: 4o,
ex quibus omnibus colligendum venit humores pitui:
tosos, qui sunt semicocti, vel parum absunt
à Sanguine esse naturales, sicuti talis est
Pituitæ portio, quæ generatur in Ventri:
culo, et per Universum Corpus una cum
sanguine defertur utilitatis et Neces:
sitatis causa, ut iam prius diximus.
Censetur quoque naturalis Pituita
dulcis et insipida, omnes verò reli:
quæ iam enumeratæ, præter naturam
existunt.

De Bile.

Bilis Nomen ex Galeno 1° de Natura humana textu 34° simpliciter dictum significat bilem flavam, cum aliae bilis differentiae dicantur cum adiuncto, ut bilis pallida, vitellina, aeruginosa, et si quae aliae sunt bilis species.

Bilis itaque in universum sumpta omnino Pituitae est contraria, siquidem haec auget hieme, illa aestate, una respondet aquae altera igni; 1a calida est et sicca facultate non actu; 2da frigida et humida.

Bilis quemadmodum alii humores dupliciter se habet, una inquam est Naturalis, altera non naturalis, seu excrementitia. 1a generatur in hepate, et deffinitur, quod sit quidam humor amarus calidus et siccus ex calidiori et sicciori chili portione genitus, ut cedat in Nutrimentum partium sibi Analogarum. Cuius una portio per universum corpus demandatur; altera recipitur in vesica fellea necessitatis, et utilitatis causa; Bilis itaque per universum corpus mandatur una cum sanguine ut Membra, quae bilioso sanguine nutriuntur proprio non destituantur alimento; Utilitas vero est, ut sua tenuitate efficiat, quod sanguis facilius transeat ad corporis partes alendas. Necessario postea recipitur in vesica fellea, ut sanguis ab hoc excremento depuretur, et ut haec pars proprium haberet Nutrimentum. Utilitas est ut una portio bilis per vas quoddam in intestinum duodenum demandetur ad hoc ut intestina mediante hoc

humora à fæcibus detergeretur, et ut facultas expultrix irritaretur ad fæces expellendas.

Bilis non naturalis, seu excrementitia duplex est, vel propter admixtionem alterius humoris, vel ipsa sola à diversis gradibus alterata. 1o modo, vel commiscetur cum Pituita, vel cum Malencolia. Si cum Pituita, oritur bilis non naturalis Maioris famæ appellata, quoniam frequentius occurrit. Admiscetur autem, vel cum Pituita aquosa, et tunc generatur bilis citrina quæ pallida etiam nuncupatur. Admiscetur aliquando cum Pituita crassa et tunc oritur Bilis vitellina. Si postea commiscetur cum Melancolia oritur illa species bilis non naturalis, quæ ab Avicenna dicitur Minoris famæ, quoniam rarò contingit. Si bilis præter naturam evadat, quia alteratur, et mutatur à diversis caloris gradibus, tunc variæ bilis differentiæ producuntur, et diversum sortiuntur nomen iuxta colorem.

Sex sunt igitur species Bilis alteratæ, Pallida nimirum, flava, vitellina, Porracea, ærugginosa et Atra, quomodò autem generentur paucis dicendum.

Bilis pallida cæteris est minus calida, et differt à flava bile, quæ est calidior, tum penes calorem, et colorem tum penes substantiam. Quoniam flava bilis est crassior, pallida verò tenuior ob commixtionem aquosæ et serosæ humiditatis; penes calorem, quoniam flava bilis est calidior, pallida autem minus, cum

ab aquosa humiditate calor ipse retundatur;
penes colorem differunt, quia una flaua est,
altera pallida.

Post pallidam sequitur flaua, quae talis est nun-
cupata, cum flauum ostentet colorem. sapore
est amara, sicuti caeterae bilis species.

Bilis uitellina ita dicitur ob similitudinem quam
habet cum colore crudorum uitellis, non se-
cundum colorem, sed secundum substantiam; generatur
dupliciter; uel ex commixtione pituitae crassae
cum flaua bile, ut uult Auicenna; uel ab ipsa
flaua bile quando multum a calore assatur,
et haec est illa, quae afficitur per ulteriorem gra-
dum caloris; unde haec calidior est, et saturati-
ori predita colore; e contra, quae fit per ad-
mixtionem pituitae crassae, nec adeo calida, nec
adeo colorata apparet; retunditur enim et calor
et color ab ipsa met pituita.

Producitur poracea bilis ex assatione bilis uitel-
linae iuxta mentem omnium medicorum; dupliciter ta-
men contingere potest bilis poracea, quemadmodum uo-
luit Galenus, scilicet una, quae in uentriculo
altera, quae in uenis generatur; quae in uenis
non ex prauis alimentis gignitur, sed ex alia bile
agente calore praeternaturali, tunc corpus aegrotat
et magnus in corpore calor existit praeternatu-
ralis. Impossibile enim est talem succum ge-
nerari in uenis, et homines sanitate frui. At
illa, quae gignitur in uentriculo, extra intra limi-
tes sanitatis potest oriri, et illius causa ma-

terialis sunt Alimenta pravi succi, ut Cepe, Brassica et similia; ut affirmat Galenus plu: vibus in locis; Concludendum tamen venit, ut plurimum porraceam bilem in ventriculo gene: rari ex causa iam supra assignata, aliquan: do etiam in venis, quando Corpus ęgrotat. Bilis Ęruginosa sic dicitur, quia Ęruginis Colorem imitatur; efficitur a Calore excedente, et porracea bile assante.

Tandem atra bilis, quę est ultimus gradus, Jdu: citur ex assatione bilis ęruginosę, et hęc pa: riter si appareat in Corpore, mortalis est iuxta Hippocratis decretum; si supra, vel infra atra bilis exierit signum lethale; In hac tamen notandum venit, quod si contingat sine febre ex depravata fermentatione succi Pancrea: tici, tunc non valet Hippocratis sententia.

De Melanconia.

Melanconia, sivé nigra bilis sunt no: mina quę communiter istum humorem, qui terram refert, quique frigidus est, et siccus significant, immó etiam Bilis atra pro Me: lanconia sumitur; Atra veró Bilis quid di: versum significare videtur eo quod nomina illa Melanconiam natam denotent; Atra veró Bilis prędernatam ostendat ex Gale: no 1.º de Naturalibus facultatibus ultimó.

Melanconia, sicut et alii humores duplex est; Natis, Alimentalis, et excrementitia,

quæ est fæx sanguinis, seu sanguinis pars crassior, quæ proportione respondet terræ, atq; secundum primas naturas frigida est et sicca, sicca tamen potestate non actu, actu enim humida est, quæ ex Anni temporibus potissimum tempore Autumni abundat, ex ætatibus vero in ea, quæ vigori succedit huius Melanconici humoris portio una per universum demandatur corpus simul cum sanguine; altera vero ad lienem.
Transmittitur una portio Melanconiæ cum sanguine per universum corpus, ne membra frigida et sicca proprio destituantur alimento; requirit enim, ut inquit Galenus 2.do de Naturalibus portionibus cap: ultimo, sanguis in non paucis animalis particulis crassitudinem quandam; Additur ab Auicenna, et a plerisq; Medicorum Melanconiæ portionem per universum corpus demandari, ut crassitiem, et consistentiam quandam sanguini tribuat. ~
Alteram vero huius Melanconici humoris portionem lien ad se trahit ob plures causas. 1.o enim, ut ipsum met proprium nutrimentum habeat; 2.do ut sanguis ab hoc excremento depuretur; 3.o, ut aliqua portio istius humoris demandetur ad Ventriculum, illumq; adstringat, et corroboret. Acerba enim est Melanconia apta contrahere et constringere Ventriculum; cibum ad unumquodq; circumplecti quocunq; fuerint connocati;

ut ait Galenus 2do de Natiu facultatib cap: ultimo; Alium etiam usum cognouit Auicennas, ut scilicet famem excitaret; nam sua acerbitate Melanconicus succus in Uentriculi Orificium superius titillationem infert, et sic appetentiam mouet, sicuti faciunt accida Alimenta. ~

Melanconia excrementitia, seu atra Bilis ex Auicenna generatur ex flauæ Bilis assatione, tum etiam ex sanguinis assatione, et Melanconiæ natis et Pituitæ; Si igitur contingat Bilem flauam ob ingenti calore Duri, et ut dicunt incinerari oritur una species atræ Bilis, quam Auicennas Cinerem appellat. Alia uero dicitur Pituitæ Cinis, quæ duplex est, nam si pituita sit ualdè tenuis et aquosa, tunc atra bilis, quæ ex eius adustione generatur salsa est, sin minus a aciditate recedit; Alia est Cinis sanguinis, eiusque pars adusta, salsa et subdulcis, salsa quidem propter adustionem, subdulcis uerò, quoniam aliquantum sanguinis naturam ex qua genita fuit redolet; alia tandem est Melancoliæ natis Cinis, quæ Melanconia natis si tenuis fuerit, tunc atra Bilis ex illius adustione genita, ualdè acris erit, inde ut acetum acerimum; in terram enim humor iste jiectus statim feruet, eiusque odor adeò acris est, ut Muscæ, et alia huius conditionis, Animalia aufugiant; Si uerò Melanconia natis crassa fuerit, ex ipsa genita Bilis atra Minorem possi:

debit acrimonia cum modica acerbitate, ita ut cum Avicenna quatuor sint atrae bilis species, ut contingit, quatuor natos humores aduri, et incinerari, quin immo bilis atrae, quae fit ex pituita duplicem contingit, ut illa, quae fit ex humore nati melancolico adusto.

Advertendum tamen est bilem atram cinerem appellari ab Avicenna, non quia revera sit cinis, est enim humida actu, alioquin non esset inter humores reponenda, sed quia est generata ex adustione aliorum humorum, quae enim adurunt in cinerem convertuntur, propterea ut illius naturam nobis verum externarum exemplo patefaceret cinerem ita vocavit, cum humor sit adustus quantum pati possit humorum natura.

De Humorum Sero et Icore.

Cum nulla sublunaria, quae generationi et corruptioni subijciuntur, sint per se sincera et impermixta, sed aliquo excremento conspurgata mirum non est, si humores quoque, ex quibus corpus humanum constat non reperiantur sinceri, cum ijsdem misceatur serum et icor.

Pluribus in locis apud Galenum reperiuntur huiusmodi voces serum scilicet, icor tenuis et aquosa humiditas, liquor tenuis etc., quae omnia in hoc conveniant, ut sint excrementa tenuiora, propterea quid sit serum, quid icor considerandum erit, quomodo generantur, et qua ratione inter se sint diversa.

Dicendum tamen est tam serum, quam icorem esse excrementa tenuia, et in hoc convenire, differre

autem, quoniam serum est excrementum secundum naturæ institutum, et utile, ichor vero præternaturale, et potius morbosum.

Quod autem serum, de quo in is venit agendum, sit naturale excrementum ex eo colligere licet, quoniam semper in massa sanguinea, quamvis homo sanitate fruatur, reperitur; unde serum hoc nil aliud est nisi aquosum, et tenue illud excrementum, quod ab Hippocrate in lib: de Alimento in fine nutrimenti vehiculum appellatur, quod cum munere suo functum est attrahitur à renibus, deinde à vesica, ut extra corpus ejiciatur, et hoc dicitur secundum naturæ institutum, cum habeat usum in corpore, nimirum vehiculo sanguinis, ut facilius per totum corpus diffundatur ad singulas partes nutriendas, et hoc serum materialiter non differt ab urina, urina enim dicitur si à renibus et à vesica atracta extra corpus ejiciatur; reliquum vero serum massæ sanguineæ naturale excrementum genitum ex aquosiori et tenuiori alimenti portione.

Ichor vero excrementum quidem est, sed præternaturæ institutum et morbosum, et in corpore generatur dupliciter vel vitio facultatis, vel vitio ob.[ti]; vitio facultatis rursus duobus modis contingit, vel ob calorem excedentem, qui liquat et fundit humores ut observatur in febribus maximis et colliquativis vel ob calorem diminutum; ita ut cum alimenta recte concoquere non possint, in ichorem degenerant, ut videmus in hydrope ascite, et in jecoris imbecillitate, cum aliquando ~~liquor~~ ichor lotur[æ]

carnis nuper mactatæ dejicit, unde tal̃ sequ(itur) q(uo)d diminuto calore, quæ ab intensa pendebat est præternaturam, ut colligitur ex Galeno 3.o de Symptomatum Causis, vitio autem generatur, quando Alimentum est materia idonea, ut convertatur in substantiam aquosam et tenuem; nec non quando facile corrumpitur, ut sunt Melones, Cucurbitæ, et omnes fructus horarij. ∞

Quomodo Generentur Humores.

Quot sint Humores et quid sint, et qua ratione ab excrementitijs differant hucusq(ue) declaravimus, reliquum est ut examinemus, quo pacto in Corpore generentur, ex qua Materia, et a quo agente. Quo circo dicimus humorum Materiam esse alimenta in Corpore ingesta, causam vero agentem esse facultatem concoctricem, quæ utitur Calore nativo et partium temperie tamquam Instrumento, in quibus contingit Alimenta in humores transmutari. Porro si Alimenta debent hanc transmutationem assumere, quoniam ab illorum maxime distant natura, necesse est ut sequantur quam varias Mutationes, unde dicendum venit, quot sint concoctiones, quæ in nostro Corpore celebrantur, et quæ sit unaquæque illarum. ∞

Quot sint Concoctiones.

Ut perfecte cognoscamus, quæ supra diximus videndum est, quot tres in Corpore nostro celebrantur Concoctiones, iuxta mentem Galeni lib: de bonitate et vitio succorum Cap: 5.o; Prima fit in ventriculo,

2da. in Epate, 3a. in singulis corporis partibus; verum antequam unaquæque istarum efficiatur, quædam præparatio debet præcedere, ita ut cibus antequam descendat in ventriculum præparetur in ore; chilus antequam in sanguinem convertatur præparetur in venis lacteis, et tandem sanguis, qui futurus est nutrimentum singularum partium corporis, priusquam in illarum substantiam penitus convertatur, et illis assimiletur in unaquaque particula præparetur. Præparatio, quæ fit in ore dum manditur ab Avicenna appellata fuit 1a. concoctio licet falsó, quoniam quæ in ore agitur alteratio, mutat quidem alimentum manifestè, tamen illud ad affectionem non transformat; quod autem in ore aliqua fiat ciborum alteratio experientia comprobatur, nam si mansum triticum crudis furunculis applicetur breviter illos mutat et concoquit, quod tamen non evenit si aquæ admisceatur. ~

Alimentum hoc in ore præparatum excipit ventriculus, in quo 1a. celebratur concoctio, quam elixationi similem esse docuit Galenus 3o. de natis facultatibus 1o., ex qua concoctione ventriculi generatur postea chilus ex suscepto nutrimento agente facultate ipsius met ventriculi, quæ utitur calore eiusdem ingenito tamquam proprio instro adaucto tamen et roborato a partibus adiacentibus, unde a dextris extat Jecur, a sinistris lien, supernè cor, et cum eo septum transversum amplius omentum quod prædicta tegit, maximum inquam adiumentum præbet ventriculo ipse met chilus, qui nihil

aliud est, quam quedam Materia alba et humida emulans ptisanam ordeaceam.

Et quoniam in omni concoctione duo generantur excrementa, quorum unum est tenue, alterum veró crassum; sic excrementum tenue 1.ae concoctionis est urinę Materia, quę extra Corpus statim non excernitur, cum sit utile excrementum, et Natura eo utatur pro vehiculo ad defferendum chilum per venas lacteas ad epar; crassum veró excrementum sunt feces, quę et totaliter inutiles singula die excernuntur per Alvum. Venę Meseraicę elaboratum in ventriculo nutrimentum defferunt ad epar, in quo 2.da conficitur concoctio, ut chilus in sanguinem transmutetur facta prius preparatione chili in predictis venis, quarum officium est non solum deducere nutrimentum ex ventriculo, sed attrahere simul et epati preparare, et quó magis fieri potest illi assimilari, undé chilus ita preparatus, et veluti obscura quędam species, vel sanguinis rudimentum ab epate in massam sanguineam transmutatur; Patet igitur, quod Materia, ex qua fit sanguis sit chilus causa efficiens facultas alteratrix epatis, et eiusdem temperies, et calor ingenitus, qui aptus est chilum in quatuor humores convertere, nimirum in sanguinem, Pituitam, Bilem, et Melancoliam; in hac pariter 2.da concoctione duo requiruntur excrementa, unum tenue, et aliud crassum, tenue est Bilis, quę recipitur in vesica fellea, crassum vero est Melanconia, quę necessitatis, et utilitatis causa a

fiene alvhait. tandem ultima concoctio fit in singulis partibus, quæ sibi assimilant, et in sui substantiam convertunt massam sanguineam in sui nutritione, et sicuti tam 1.a quam 2.da concoctio duo habet excrementa, ita etiam 3.a; sudor enim et insensibilis transpiratio est tenue, Dili autem crassum; quomodo autem hæc concoctio efficiatur sequenti Cap: innotescet, in quo.

De 2.dis Humoribus.

Præter iam quatuor enarratos humores laudantes, quos præsernates Arabum Scola, et Avicennas in principio Capitis de humoribus, alios quatuor enumerant, quos humores 2.dos, seu 2.das humiditates vocant, et hi in 3.a Concoctione fiunt ex ipsis met 1.s humoribus, qui constituunt totam massam sanguineam, dum convertuntur in substantiam, quia 1.o sui origine, et dispositione mutati sunt a membris destinatis; sed a totalitate conversi in illam partem, et hæc est harum 2.arum humiditatum descriptio tradita per aliquas communia accidentia, quapropter unaquæq: illarum differentia est contemplanda, quam statuit Avicennas esse quadruplicem; 1.a innominata vocatur, quæ residet in extremitatibus venarum capillarium, et nihil aliud, nisi sanguis aliquam ex parte tantum elaboratus, ut facilius cadat in partis nutritione; 2.da vocatur Ros, quoniam sicuti Ros irrigat herbam, ita Humiditas

hec irrigat Membra nutrienda, cum per modum Roris dispersa partibus adhereat et Alimenta suppeditet ubi Corpus expostulat; 3.o dicitur Gluten, quia eius quarum partium compago, et continuitas quadam qui glutine servatur, ortum ex semine trahens sementum ab ipsis humoribus, unde Spermatica etiam Humiditas nuncupatur; Quarta modo [redacted] Cambium appellatur et fit, quando iam pars irrorata, et aliquo modo transmutata; tandem ex toto perfectionem et partis substantiam est assecuta; sed cum ad Anatomiam necessarius sit tractatus de Concoctione secundum Recentiores ideo cum predicta nobis proxima sit, Subjicimus hic totalem concoctionis humani Corporis Descriptionem.

De Concoctione secundum Recentiores.

De Concoctione

Declarata nobis Natura concoctionis secundum Avicennae, Galeni, et antiquorum doctrinam; nunc est ut aliqua nobis insinuemus, quae spectant ad explicandam Naturam Concoctionis secundum placitum Recentiorum, quod novorum ex Anatomicorum demonstrationibus iuxta diversitatem Vasorum et Succorum in Cadaveribus observatorum.

Atque in primis in hoc conveniunt, quod facta praevia dispositione ciborum per Salivae commixtionem in ore, quam non excrementitium succum sed natam, ac valde Necessarium constituunt, et a glandulis Salivalibus succesive subministratam; Alimentum postea sic dispositum descendit in ventriculum, a quo receptum arcte simul amplectitur et constringitur ut concoquatur non ope ipsius caloris, et viscerum adiacentium tantum, sed Magis vone accidi cuiusdam Succi e glandulis sub tunica rugosa contentis, qui per vasa quaedam excretoria in tunica rugosa contenta succesive defertur, ad Alimenti fermentationem, quae quidem in alio non consistit, quam in Motu quodam Alcha[l]icarum, et accidarum particularum ad invicem oppugnantium, tamdiu quousque partes Heterogeneae in cibis existentes minutim dissolvantur, neque semper tempus aequale est in hac Alimenti praeparatione, sed quandoque longius quandoque brevius existit, vel ob quantitatem cibi assumpti, vel ob eiusdem qualitatem

difficulter, uel faciliter fermentationem suscipiente.
Hoc posito; cum crudis adhuc et imperfecta sit
chilificatio, et nondum sint impure portiones
á puris separate ad Maiorem tum perfectionem
fermenti, et depurationis excrementorum á
uentriculo per pilorum descendit hec Alimentalis
materia, ut in Intestinum duodenum sibi an=
nexum defferatur, ubi concurrentibus succo Pancre=
atico á liene subministrato Bile á uesica
fellea per proprium ductum una cum Pituita sali=
uali renovata, iterum fermentatione per ad=
mixtionem predictorum succorum ad invicem op=
pugnantium magis elaboratur, et Maiorem assu=
mit perfectionem, ita ut paulatim magis ela=
boratæ portiones ille perveniant ad Ileon, ubi
paribus á glandulis quibusdam accidum succum trans=
mittentibus depurationes redduntur, ut excremen=
tose secernantur, et motu successiuo in deies
expellantur sicut reliquæ per uenas lacteas in
Receptaculum Pequeti defferuntur, ad quod
plura uasa limphatica recurrunt, ut chilus
ibi delatus limphæ beneficio diluatur, ad hoc ut
possit facilius transferri ad sanguinis formam
assumendam, quem non amplius in hepate elabo=
rari iuxta Antiquorum decretum, cum uenæ lacteæ
et Meseraicæ non se se insinuent in hepar, sed
in predictum receptaculum, nam uasa illa, quæ
lactea supposuit Assellius hepati insinuari aperte
demonstrat Bertolinus esse uasa limphatica, unde
hepar non amplius sanguinis officinam constituunt,

sed Colatorium et Segregativum Bilis, quæ ime massa Sanguinis continet, et quæ plures habet usus in Corpore, præcipue verò illos, quos iam innuimus, et efficiendi Chilum in duodeno unà cum alijs succis iam expressis.

Ne tamen vobis videatur difficilis hæc doctrina, necessarium est explicare, quisnam sit iste Succus Pancreaticus ab antiquis ignotus ab insigni tamen Anatomico Virsungio adapertus, ut exinde ductus per quem defferetur Virsungianus ab omnibus appelletur; dicitur autem talis succus Pancreaticus à Pancreate in cuius Glandulis elaboratur, et fit, quando Sanguis per Epatis substantiam circulatur, et ibi relinquit quas partes sulphureas adustas et salinas Bilem constituentes, quæ postea sese in Cistim fellea insinuant, ut ab Orificio Colidoci ut diximus derivet in Intestinum duodenum ad usum enonciatum.

Tunc etiam pari motu circulari per Pancreatis substantiam et Glandulas multiplicatas, et conglobevatas medijs Arterijs diffundit in his serosam sui partem accidam, atque huic coniungitur Spiritus Animalis per nervos ad hanc partem derivatus, et ità à Sale acido, Sero, et Spiritu Animali in debita proportione, et à proprio fermento dictarum Glandularum ad acidum inclinante Succus iste Pancreaticus præparatur concoctione, fermentatione, et exaltatione depuratus. Constat autem Succum hunc Pancreaticum esse acidum Mechanica experientia, nam si portio eiusdem succi lacti misceatur efficit

coagulatione non secus ac quando coagulum acidum in lacte dissoluit, ex quo infertur aciditates in succo pancreatico infallibiliter contineri. Quod si acidum magis fiat iste succus per unionem spiritus salsi et acris, tunc sequitur ardor et æstus, et sic particulæ in chilo sulphureæ subministrant, ut successiva massa sanguinis humoribus adustis, acribus et corrosivis abundet, a quibus postea distillationes perniciosæ et tot alia mala hyppocondriacis familiaria succedunt.

De Saliua.

Quoad Saliuam, quam Siluius de Saboe vocat liberitatem Saliuatem nil aliud est, quam humor a glandulis parotydibus præparatus, et per ductus saliuales in oris cauitatem continua emanatione transfusus: materiam pro huius humoris præparatione non minus suscipiunt glandulæ ab arterijs, quam a neruis spiritum animatum dictis glandulis communicantibus. Illa autem materia particeps est alicuius aciditatis maxime cum natura glandularum ea sit, ut suscipiat, et præparet materiam serosam accidiusculam, quod maxime probatur ex morbis, qui communiter glandulis eueniunt, in ijs enim fiunt tumores, qui quandoque magis vel minus indurantur secundum maiorem vel minorem aciditatem materiæ, quæ in glandulis dominatur, et a qua sit coagulatione, et densitatem humoribus impertiri; hæc tamen aciditas non adeo est manifesta, sed quandoque latens est et occulta vona uirtu-

tis intrinsecè acciditatis, et ob hanc ratione, si salivas in aliquo vase collecta relinquatur per aliquod tempus non alias ratione evasescit, quam ratione acidi intrinseci.

A Nervis autem suscipit ut diximus Spiritum Animale, ut ope eiusdem fermentet Materias ab Arterijs ibi delatas et dulcificet, et ob id magis occultat aciditatem eius intrinsecum; Nonnullorum tamen extat Opinio, quod Sanguis in Liene circulando noua quadam fermentatione afficiatur per quam attenuatur, subtilizzatur, et Volatilizzatur una cum suis excrementis utilibus, quae per dictam fermentationem quodamodò disgregantur à partibus utilioribus, ita ut facilis postea eorum segregatio, qua postea Sanguis circulans per Hepar ibi relinquit partes biliosas amaras, et per Glandulas partes serosas acidas, ità ut quodammodò Saliuae principium possimus affirmare, quod à Liene dependeat; Humor autem iste Saliualis per dictum modum praeparatus, et ratione concursus Spiritus Animalis differt à Lympha et à Succo Pancreatico, quamuis et ipse à Glandulis elaboretur ex Materia serosa Sanguinis, Dum iste, quia in Saliua non est aciditas manifesta, neque tenuitas, quae in Succo Pancreatico et Lympha, sed magis crassa et manifestè insipida, ideoque Pituitae in qualitatibus essentialibus similis, quapropter à praedicto Silvio de Laboe Ciure Pituita Saliualis nominatur.

Quodsi queratur, quare Saliua, siue Pituita ista Saliualis intrinsecè tantum crescat ratione

effectum, extrinsece verò dulcescat, dicendum, quod, cum hanc qualitatem suscipiat ratione fermentationis per spiritum Animalem à nervis delatum, significare hunc spiritum Maiori copia concurrere ad salivam, quam ad Succum Pancreaticum, et ad lympham. et sic nativo accido privari, quod quidem etiam Mechanico probatur experimento, nam spiritus Uini, qui supplet locum spiritus Animalis additus spiritui vitriolato accido, proportionaliter privat hunc acciditate actuali, et dulcificat.

De intrinseco autem accido ipsius Salivae, facile recognoscitur ex praeparatione, et ut suscipit Alimentum in Ore, quam si frustulo panis misceatur cum saliva et Massae farinaceae competenti indatur, hanc fermentare faciet, sicut quotidiana docet Experientia panem fermentari ab ordinario fermento, ex quo deducitur, quod licet saliva in statu nati dulcescat, nihilominus intrinsecum accidum fermentativum habere.

Plures sunt usus in Corpore huius Pituitae salivalis; 1.us inquam est facilitare deglutitionem; 2.us est irrigare organa loquelae; 3.us est moderare sitim; 4.us est à cibis trituratis, et masticatis abstrahere saporem per dissolutionem salis dictorum corporum; ultimus est quod iuuare fermentationem in Ventriculo, et in Intestino duodeno, ut diximus.

Uitiatur enim, et accida fit manifeste ista saliva, plusquam conveniat eius Constitutioni, vel ex eo, quod ab Arterijs defertur ad glandulas

serum nimis accidum; vel lympha arteriosa sit excedens, aut ratione temperamenti Melancholici, aut ratione ciborum accidorum in copia assumptorum, vel tandem ratione fermenti glandularum nimis ad accidum vergentis ob deffectum spirituum Animalium, et tunc videmus, quod saliva adeò accida est, ut dentes obstupescat.

De Lympha.

Ut autem aliquid de Lympha superaddamus, quae usque ad hoc seculum fuit ignota, et plures inter se discordes sint circa ipsius inventores; Alij enim Bertolinum, alij Rusiuium fatentur ipsius hec vasa succo lymphatico referta adinuenisse; tamen cum hec parum ad rem faciant, sat erit, quod dicamus succum hunc verè in corpore dari, qui cum ab alijs succis in corpore existentibus in limpiditate, et fluiditate sit diversus, et lymphae similis sit, ideò hac ratione lympha, sivè succus lymphaticus vocatur.

Receptum autem est apud omnes Anotomicos, lymphas à glandulis conglomeratis per totum corpus dispersis perenni fluxu emanare. Materia autem, è qua elaboratur lympha, est eadem, ac illa succi pancreatici, nempe serosus humor subaccidus ab arterijs glandulis subministratus, et spiritus Animalis ijsdem à nervis communicatus; ideò in omnes glandulas corporis hec vasa implantantur.

Huiusmodi autem materia, scilicet quae à nervis, et arterijs ad glandulas defferuntur à proprio glan

~~la~~ dulcarum ipsarum fermento, vel temperamento in humores subaccido dulces praeparat volatilitate á spiritu Animali recepta, á quo etiam dulcificat; Haec enim Materia sic disposita á Glandulis in vasa lymphatica istis appensa inserit. Horum ductum duo ab Inventori constituunt genera, quorum unum est, omnes qui abdomine sunt complectit, qui ad receptaculum Pequeti terminant, alterum verò, qui ab artubus ipsius corporis incipit, et ad instar hederae terrestris venas Maiores amplectit; vasa autem lymphatica duplices habent assensus, nam quae sub septo transverso sunt, omnia ad receptaculum Pequeti confluunt, una cum ijs, quae in abdomine agregant, et ab hepate scilicet, Omento, et Mesenterio, et ab alijs partibus, liene excepto, cum ab ipso nulla vasa lymphatica adhuc usque fuerint obseruata, et iunctim cum chilo á d.o receptaculo per ductus thoracicum ad venas subclavias defferant, ut possint ad cor peruenire, aut vasa lymphatica, quae supra Mediastinum sunt, et ab artubus brachiorum per venas cruentas ascendendo subclavijs parit inserant, sicuti, quae á capite ad iugulares perueniunt, quousque et ipsa axillaribus venis inserant, ut cum sanguine, et chilo simul ad cordis arcem concurrant.

Usus autem lymphaticae varius decantat ab Auctoribus; alij enim statuunt per hanc maiorem impertiri sanguini consistentiam, reddens nimis volatilis, et spiritualis ob effervescentiam insi:

quod, quod in corde sustinuit, et intra pulmones, alij volunt, quod lympha misceatur, ut coagulationem sanguini prohibeat, cui foret quammaxime obnoxius ea defficiente.

Verum istæ opiniones videntur inter se diversæ, nam si dat consistentiam sanguini, figit, si figit, ergo coagulat, et non prohibet coagulationem.

Dicendum ergo, quod quando lympha est in statu suo natali, et a spiritibus animalibus dulcificatas, tunc cum habeat aciditatem tantum intrinsecam, tribuit debitam consistentiam sanguini, et prohibet quominus volatizzet; at si spiritum animalium non dulcificetur concursu, aciditas sylvestre, et manifesta in illa resultat, et tunc inducit coagulationem, et prohibet, vel retardat motum perfectum circulationis.

Alter usus, qui assignatur lymphæ est, ad promovendam eiusdem sanguinis micationem, postquam de recenti spiritualitatem in corde, et arterijs obtinuerit; qua vero autem ex harum partium diversitate omnis hæc substantia lymphatica in cor tanquam in Oceanum accurate comprobant ex frequenti valvularum situ intra ipsa vasa, quæ si ligentur ipsæ partes, a quibus dependent turgida fiunt, flaccidis redditis ijs, quæ ad cor recurrunt, de qua re consulite Carleton.

De Glandulis.

Cum autem in Recentiorum Phisiologia sæpe sæpius Glandularum explicaverimus usum, nunc est, ut de ipsis aliqua afferamus, quæ spectant ad indaginem earum substantiæ, constructionis, et usus.

3ª sunt Glandularum Genera; unum in Ordine ad Excretionem, alterum ad reductionem, et ultimum ad Nutritionem, et Materia diversis hisce modis separationum seiuncta variat; nam 1ª est merum excrementum, aliarum verò liquor desiderabilis, ac postea reducendus.

Classis Glandularum Excretitiarum talis est; 1º loco Testiculi tam Mulieris, quam Viri, prostatæ, vesiculæ seminales, Mammæ in Mulieribus, Glandulæ maxillares, Tonsilæ, siquidem omnes vase excretorio peculiari donantur, per quod excrementum aliquod è nervis delatum alio modo transfertur. Duæ Glandulæ Maxillares à Glissonio vocantur ductus salivales, quia salivam in os effundunt.

Glandulæ, quæ sunt in ordine ad reductionem, 1º enumerantur Glandulæ Renales, Renes succenturiati, Glandes penè anum, Jugulares, Parotides, Axilares, Inguinales, et cætera, quæ succum quemdam è nervis excipiunt magis elaborandum, et sanguineæ massæ communicandum, ut circulatio eiusdem facilitetur.

Quæ sunt in ordine ad nutritionem Glandes Mesenterii, 1um obtinent locum, Glandes tres lombales Bertolini, receptaculo Pequetano vicinæ, et vulgo à nobis dictæ Lacciello, et latinè Thymus; Hæc enim Glandula præ cæteris omnibus præparat succum Nutritium, et communicet nervis 6.æ Coniugationis, adeò ut hunc per fibrillas nerveas excipiendo paulatino assensu Cerebro demandet, et ab ipso

cerebro, et Spinali Medulla toti Nervoso orga:
nerio ad nutriendas præcipue partes Spermaticas
successiva suctus, et renovata transmissione.
De Nutritione Succi Nervei legite Thomas Uvi:
lis.

Dividuntur autem Glandulæ eiusq. generis in ve:
siculavias, vascularias, conglobatas, et con:
glomeratas; Vesiculariæ sunt, quæ parvis
cellulis constant ad instar vesicularum, in quas
succus quisq. sit continetur; vasculariæ sunt, quæ
servant modum plexus vasorum, e quibus tam res:
pectu vesicularium, quam vascularium, quidam
Ductus excretorii licet parvi adnectuntur; Glan:
des Conglobatæ, illæ dicuntur, quæ se habent tam:
quam parvi Globuli propria tunica separati, ita:
ut liquor in ipsis depuratus per ductum excre:
torium singulis adnexum excernatur; Conglome:
ratæ sunt illæ, quæ in unica tantum tunica con:
tinentur, et unicum tantum constituunt vas, per quod
liquor ipsis depuratus emanat.

Ad has referuntur etiam Glandulæ subcutaneæ, quæ
in tota Corporis superficie observantur iuxta
Anatomen peritissimi Malpighii, e quibus vas:
cula minutissima excretoria poris Cutaneis
inserviunt, tam ad transpirationem corporis, quam
ad expurgandas terreas, et salinas serositates
in sanguinis Massa redondantes, qua expulsio:
ne plures scabiosi fiunt, et alii morbi subcu:
tanei.

De Membris.

Iure meritò post tractationem de humoribus ue:
nit scribendum de Natura partium corporis
humani, nec non de earum diff.^is, Actionibus
dignitate, et usu, cum Membra et partes
ex ipsis humoribus generentur; Hęc pauca
igitur in compendium exponam, non omnia com:
prehendendo, cum hoc precipuè sit Munus
Anatomicorum; sed tantum exponam quid
et quotuplex sit pars, partium diff.^a desum:
ptę tum à Materia, tum à dignitate, actione,
et usu.~

Quid sit Pars.

Idem apud Medicos, et precipuè apud
Auicennam, Galenum, et Hippocratem signifi:
cant hęc uerba, pars, particula, membra,
et locus, licet Aristoteles i.º de Historia Ani:
malium membra à parte distinguit, et ratio
est, quia nomine Membri dissimillares par
tes solum, et organicas appellare asserit;
similares uerò inquit partes et particulas
dici, non autem Membra, quę sic ab Auicenna
fen i.ª i.ⁱ deffiniuntur.~

Membra sunt Corpora, quę ex i.ª humorum
commixtione generantur; sed ueruè hanc
deffinitionem non esse ueram, patet; cum ex
una parte solum constet, ex Materiali
nempè causa, et desit formalis, quę est
diff.^a Specifica, et quam deffinitum ab alijs
debet differre, alias necessaria sit; ex
alia uerò parte, quoniam non conuenit

omnibus partibus, cum partes dissimilares non generentur ex 1.a humorum mixtione, sed ex 1.a compositione similarium partium, quae solae immediate ex humorum miscela oriuntur; Galenus 1.o de usu partium dixit partes esse corpora, quae nec undequaque circonscriptionem habent propriam, nec undequaque coniuncta sunt aliis, et 1.o Methodi medendi cap: 5.o ait partem esse id, quod totum complet et integrat; verum quia inquirit definitio partium viventium, cum illae solae sint, quae et sanitate et morbo subiiciuntur, et definitiones a Galeno traditae conveniunt etiam partibus non viventibus; Hinc cum Fernellio lib: 2.o Patologiae cap: 2.o partem ita definire solevimus:

Pars est corpus toti cohaerens, et communi vita fruens ad illius functionem, et usum praeparatum: Haec definitio constat genere, et differentiis, quibus viventes partes, et verae partes a caeteris distinguuntur: Genus est corpus, quaelibet enim pars corporis est corpus; alias corpus ex non corpore constitueretur, quod est impossibile, et quia partes sunt illae, quae totum constituunt, ideo dicuntur corpora toti cohaerentia; hoc enim partis proprium est, idest ut toti cohaereat, et illud ipsum est, quod dicebat Galenus, partem nec undequaque circonscriptionem habere propriam, nec undequaque coniunctam esse aliis; nam si propriam haberet circonscriptionem, iam non amplius toti

toti cohereret, et si undequaq: coniuncta
alijs esset, similiter non coheceret, quia illud
quod dicitur cohecere, ab eo differre debet
cui cohecet, quod autem alteri coniunctum
est, undequaq: ab illo non differt, sed unum,
et idem corpus est cum eo, et sic uere pars
est corpus toti coherens.
Dicitur communi uita fruens, quæ verba dif-
ferunt uiventes partes a non uiventibus,
scilicet humoribus, pilis, unguibus, et
si aliæ partes sunt, quæ non uiuunt, licet
enim huiusmodi partes toti cohereant, ni-
hilominus communi uita non fruuntur.
Dicitur ad illius functionem, et disquant partes
naturales corporis a preternaturalibus, ut ab hu-
moribus carneis in corpore existentibus, quæ
aluntur et uiuunt, sed nullam functionem,
nullumq: usum toti corpori, sed potius incom-
modum afferunt, unde per hanc ultimam
differentiam differunt partes ueræ a partibus non
ueris.

De Partium Diffis.

Partium differentiæ possunt desumi, uel a con-
positione earundem uel a facultatis digni-
tate, aliq: a fine ipsarum, uel ab illarum
temperie, A compositione enim partes
similares, uel dissimilares, et si illæ
rursus differunt ratione Materiæ, ex qua
constituuntur, et hinc partes spermaticæ
uel sanguineæ.

De partibus similaribus

Partes illae, quae nobis se se offerunt, ex quarum cognitione facilius dissimilares innotescunt, cum istae ex similaribus componantur; quare in dicendum quid sit pars similaris, quot et quaenam sint, et quid sit unaquaeque ipsarum; Pars similaris ex Galeno in Method. cap. 6.o illa est, quae in similares diuiditur particulas, ita ut singulae particulae partis similaris idem sortiantur nomen, ac eandem rationem; Hinc Avicennas 1.a 1.a cap. de Membris, dicebat membra simplicia esse illa, quae in similares sibi partes diuiduntur, quarum quaelibet sensui manifesta nomine, et deffinitione cum toto convenit; u.g. Caro, Ossa &c. nam quaelibet ossis particula sicut minima ossis nomen, et naturam retinet.

Quoad numerum partium similarium est difficultas; Avicennas autem proponit ossa, cartilagines, nervum, tendines, arterias, venas, membranas, et carnes, quibus omnibus Fernellius addit cutim; Galenus vero, ut colligitur diversis in locis etiam fibras enumerat, adipem, medullam, pilos, ungues, ac etiam cuticulam; animaduertendo tamen, quod istae omnes enumeratae partes non sunt viventes.

Pilus est pars similaris non vivens frigidissimus et siccissimus ex fuliginoso vapore per poros cutaneos exeunte a calore elevato,

et á frigore externo concreto, genitus expulsi one fuliginosa partium corporis tutela, et ornamenti gratia, unde cutis debet esse moderate rara et sicca, ne propter nimias raritates vapor fuliginosus statim transpiret, aut propter nimias siccitates non possit exire.

Unguis est Pars similaris frigida et sicca posita in extremis digitorum, genita ex crassis, et terreis nervorum, ac tendinum excrementis gratia decoris, et ut facilius aliquid apprehendat; ratio autem cur continuo augeatur, est, quia tale excrementum ei suppeditat; sunt autem positi in extremis digitorum, et propter ornamentum, et faciliorem apprehensionem.

De Partibus dissimilaribus et Organicis.

Partes dissimilares, seu organicæ sunt illæ, quæ in partes dissimilis naturæ, et diversæ speciei dividuntur; exemplum sit cor, Hepar, Renes quæ dissimilares appellantur quia Membranis, uenis, Nervis, Arterijs et Parenchymate constituuntur; Aut Manus, Brachium ex ossibus, nervis, carne Musculorum, et reliquis componuntur, ita ut si similares particulæ illæ sunt, quæ eandem habent formam, et inter se toti sunt similes, é contra dissimilares, quæ scinduntur in diversas partes, et quælibet pars

n potest, tali respondere.

Apud Multos idem videtur sonare Organicum, et dissimilare, quasi unum et idem sint, neque diversa de ipsis dari potest significatio, cum tamen revera omnis pars dissimilaris sit Organica, cum verò omnis pars organica sit dissimilaris; ossa enim, uenæ, et Arteriæ sunt partes similares, tamen cum sint variæ conformatæ, et actiones organicas exerceant; organicæ etiam dicuntur, ita et sint similares organicæ ronè figuræ atque usus.

Partes Organicæ hæ sunt, quæ determinatam edunt actionem vi speciei conformationis, dum integras habent suas conditiones, scilicet in Numero, Magnitudine, conformatione, et situ; Nomine autem conformationis tria considerantur, figura nimirum, cavitas asperitas, et levitas: pars enim organica, nisi debitam habeat figuram, nequit suas exercere operationes, quoniam caput debet esse rotundum, Brachium longum et sic de alijs; cavitates ad sua officia ita exercenda debent habere certos meatus, veluti uenæ, Arteriæ, Uentriculus &c; ita aspera Arteria, in interiori superficie debet habere levitatem ad uoces suavitatem efformandam, sicuti nonullæ partes debent esse rugosæ, qualis est uentriculus in interiori sui superficie ad ciborum detentionem, et coctionem.

In Magnitudine verò determinatè, Efficiunt Actiones si sit innata partis Naturae, nam alia est Magnitudo, quę datur in Jecore, Alia in Corde, alia in Cerebro, alia in Oculis un: dè ut habeat quęlibet pars proprias exerceat operationes, non semper unica parte or: ganica fit, sed quandoq: coniunctim, et à pluribus, nam Scopula unica lingua, ad comprehensionem plures digiti requiruntur; quantum ad situm considerare debemus partium connexionem, nam ut Epar Munus suum benè exerceat, debet habere situm in Hypo: condrio dextero, Lien in Sinistro, Intestina in medio Abdominis, Uterum inter uesicam, et intestinum rectum, Ut Ossa debent inui: cem in Articulatione connecti, Ut labia, et palpebrę, ut proprio fungantur Munere, ne: cesse est ut sint distracta, vel separata.

Dividuntur tandem partes in nobiles, et ignobiles. partes principales organicę, quę inseruiunt ad esse uiuentis tres statuuntur, cerebrum, cor, et Epar; alij superaddiunt testes ratione speciei, dicuntur principales ratione usus et propter sedem facultatum gubernantium totum corpus

Partes Ignobiles sunt illę, quę famulantur principibus diaphragma, Arterię, et Pulmo ad usum Cordis sunt constitutę; uentriculus, Intestina, Lien, utraq: ue: sica propter Epar Organa sensus ratione cerebri.

De Spiritibus.

Tria sunt ex Hippocrate, quae Corpus nostrum constituunt, nimirum contenta, continentia, et impetum facientia; Hoc est humores, membra, et Spiritus.

Sciendum igitur est universas Corporis nostri partes habere calidum innatum ad omnes actiones efficiendas, sed quia ex se invalidum est, et facile in dies elanguescit, ideo a Cordis calore, praecipue vero ex Spiritu fact est ut instauretur; Spiritus in genere deffinitur quod sit aerea, tenuis, et pellucida substantia caloris Nativi sedes, facultatum vehiculum, et primum Instrumentum functionum obeundarum; Alij dicunt, quod iste Spiritus generetur ab exaltatione sanguinis benignioris, et Aeris inspiratu.

Duplex est Spiritus, unus qui dicitur insitus, seu implantatus, qui nihil aliud est, quam ipse met calor innatus, alter vero influens, qui talis appellatur, quoniam proprio influxu fovet praedictum spiritum, unde quotiescumque inter Medicos sermo sit de Spiritu, intelligatur de influenti cum sit praecipuum Instrumentum ad actiones obeundas, et in partibus principibus elaboretur, ut per proprios ductus in omnia membra influat iunctus cum calido innato, ad hoc ut facultates et potentiae reducantur ad actum. Diximus supra quod Spiritus sit tenuis et Aerea substantia quia sui tenuitate, et Celeritate incredibili penetrat totam molem Corpoream, et euadit ad minu-

tissimos particularum poros, et Musculorum interstitia; pellucida est, nam gaudet luce, et non tenebris, unde spiritus unde sunt alacriores die serena, quam nebulosa, ut autem Melius intelligatis, et disquatis spiritum insitum ab influenti, notandum uenit, quod spiritus insitus est ille, qui in singulis partibus à p.is principijs nostræ generationis relictus est, quæ sunt semen et Sanguis Menstruus; influens uerò est ille spiritus, qui aliundè manat, et immittitur ad conseruandum insitum, quoniam spiritus insitus, siuè calor innatus cum in partium functionibus continuò occupetur, facilè dissiparetur, ac destrueretur, nisi continuo influentis aduentu resarciretur. ~

Omnes Medici statuunt tres esse spiritus influentes, Naturales, uitales, et Animales; Naturalis producitur in Epate, et unà cum Sanguine per uniuersas Corporis partes diffunditur ad debitas functiones exercendas, scilicet generationis, Nutritionis, et Incrementi, tamen Autthores inter se disputant, an iste Spiritus naturalis dari possit ratione Auctoritate Galeni, qui dubitatiuè de eo locutus fuit, uerùm ob uarias rones à Riuerio expositas, nihilominus concludit dari dictum spiritum Naturalem, quià licet [struck] actiones naturales à spiritu insito exerceantur, tamen insitus indiget influenti, ut conseruetur, qui cum sit similis Naturæ, et is paritur ab Epate produre debet. ~

Spiritus Uitalis generatur in Corde ex spiritu natali et Aere in pulmonibus præparato, distribuitur singulis partibus per Arterias ad calorem Natiuum ro:

borandum, et ad vires instaurandas, et consentaneum est cordi ad productionem tenuissime huius substie suppeditari illas portiones spirituosas, et depuratas in epate, ad hoc ut sint aptiores materie ad productionem spiritus vitalis.
Spiritus Animales sunt, qui ex spiritu vitali, atque ex aere inspirato, et per nares attracto in cerebri ventriculis producuntur, unde distributi per nervos motivos, et sensitivos in omnibus corporis partibus motum ad sensum efficiunt. Ductus autem, per quos vitalis illa portio spirituum ad cerebrum defferatur, sunt Arterie carotides.

De Facultatibus Anime, et Actionibus.

Hactenus de humani corporis partibus solidis, et fluidis disseruimus, nunc de anime facultatibus, ac functionibus sermo superest; ideo cum ille tanquam à 1a causa ab anima ipsa dependeant, hinc quid illa sit prius erit dicendum variis ommissis opinionibus circa Anime essentiam, cum iam habueritis in physica ea omnia, que ad ipsam spectant, nunc deffinitionem tantum trademus, que sic habet; Deffinitur igitur Anima à priori, quod sit actus 1us, et perfectio corporis naturalis potentia vitam habentis. Atibi à posteriori deffinitur Anima, quod sit forma substantialis corporis viventis, per quam vivimus, nutrimur, sentimus, movemur, et intelligimus; dicitur perfectio, et forma

corporis potentia vitam habentis, ut Intelligamus Animam non esse actum primum cuiuscunque naturalis, nam non omne Corpus naturale est Animatum, ut videmus in artificialibus, in quibus deest potentia, et potestas vitæ, et inhabilitas ad actiones exercendas; Corpus enim est tanquam sedes Animæ, in quo Instrumenta propria vigent, et Anima suas exercet functiones; et cum Homo constet Materia et forma sicuti omnia Corpora phisica, Materia illius sunt omnes partes, Anima verò forma, cum Anima sit Causa omnium actionum corporis viventis, unde patet, quod Anima absente cessat omnis actio, Tandem cum substantiæ immateriales non nisi per effectus dignoscantur, variæ ab ea exercentur Actiones per potentias, et proprietates diversas, quæ illius essentiam proximè sequuntur, et ab ea immediatè dependent quare illæ appellantur proprietates, seu facultates, de quibus nunc est agendum.

Est igitur facultas insita vis Animæ, qua ad proferendas actiones ipsa utitur; Definitur à Galeno effectrix actionum causa, Ideoque facultas est appellata, quia facit, quod facere potest.

Medici dividunt pro suo instituto facultates, et actiones in homine in naturales, vitales, et Animales secundum tria membra principalia, Hepar, Cor, et Cerebrum, à quibus omnes functiones in Corpore gubernantur; differt autem facultas ab actione quia una habet tanquam causa, altera uti effectus, unde tot sunt actiones, quot facultates.

De Facultate, et Functione
Natti, et 1° de Nutritione.

Notorium est Animam vegetantem omnibus viventibus esse communem; Tres enim sunt huius Animæ facultates, quæ sub nutritione cadunt; Nutrix nimirum est ad individui conservationem; Auctrix, quæ facit ad Maioris quantitatis adeptionem, generatrix, quæ conducit ad speciei conservationem, et harum functiones sunt nutritio, augmentatio, et generatio.

Nutrix est illa facultas, seu insita vis Animæ, qua Alimentum vi caloris innati in Corporis substantiam convertit, ut reparet id, quod absumitur, et durat hæc resolutionis, et nutritionis vicissitudo per totam vitam, nam Animal quousque vivit, nutritur, scribebat Aristoteles 1° de generatione, et Corruptione, et ideò bené complexus est Nutritionis naturam Zarabellas lib: de acretione, et nutritione capitulo 1mo, dum scribebat; Nutritio est generatio partium materiæ in Corpore vivente, et Alimento extrinsecus admoto facta ab Anima vegetante per calorem nattem, ut Materia, quæ fluxit instauretur, et ipsum vivens possit servari usque ad illud tempus, quod est illi á Natura præscriptum; neque veró licet in Nutritione Alimentum convertatur in substantiam partium, Nutritio non differt á generatione, nam illa est partis substantiæ exiguæ portionis iam consumptæ; generatio veró totius carnis et totius substantiæ; et ideó recté una appellatur generatio partium, altera

vero generato simpliciter.

Facultates principes, alias habent sub se ministras, nam facultas nutritiua habet atractricem, retentricem, concoctricem, et expultricem, quarum actiones sunt atractio, retentio, concoctio, et expulsio; Harum unaquæque duplex est, officialis et priuata; 1a est illa, quæ inseruit toti corpori, ut ventriculus, epar &c, quæ partes omnes actionem edunt officiato, quia non solum sibi, sed toti corpori alendo alimentum atrahunt, retinent, et concoquunt, et expellunt; Priuata vero, quæ partis tantum, in qua exercetur, atrahit, retinet, concoquit, et expellit.

Atractrix Animæ facultas, siue propria ministra, quæ Alimentum atrahit iuxta dispositionem partis nutriendæ, nam cum omnes partes diverso sint prædite temperamento non omnes eadem substantia, sed secundum propriam familiaritatem, et similitudinem sibi atrahunt; Atractio autem eius est actio, et officium caloris, et siccitatis, tum etiam per villos respectiue, dixi respectiue, nam actio istius atractionis alia est priuata, alia officialis iuxta diuisionem superius allatam de nutritione. Priuata est, quæ solum competit singulis partibus priuatis, et non habentibus officium cum aliis; Officialis vero ultra qualitates, villos etiam habet secundum rectitudinem inseruientes, et illæ sunt partes superius enarratæ, quæ commune habent officium cum toto corpore.

Retentrix facultas ea est vis Animæ, a qua

partes attractum retinent Alimentum, neque inconsonum
est, quod ab attractione, qua partes Alimentum
sibi familiare attrahunt, aliqua quoque facultate
predita essent, ut retinerent Alimentum attractum,
ut eo fruerentur in earum substentationem; cuius
actio partium retentio est, et hec partium officialis
et priuata est. prima respectu partium organi:
carum, et publico muneri in corpore inseruientium,
Altera, que proprio tantum muneri inseruit, que
alitur beneficio calidi et sicci, Aut officia:
lis ultra predictas qualitates obliquarum fi:
brarum, habet etiam subsidium; nam sicuti recte
fibre attrahunt, oblique retinent, transuersales
expellunt.~
Concoctrix facultas est alia uis Anime, a qua
partes Alimentum immutant, sibique assimilant,
sicque cibum diximus conuersum esse in uentriculo,
epate et alijs partibus, quando in colore, odore,
sapore, et reliquis qualitatibus, tum etiam in substantia
partibus est Assimilatus; differt autem concoctio
á nutritione, nam concoctio est assimilatio; nutri:
tio veró unio illius, quod assimilatum est. Con
coctrici facultati ipsa concoctio, que est eius actio,
seu functio corporis nostri calore efficitur;
distinguitur autem in officialem et priuatam, prima
que fit in partibus modo communi beneficio
destinatis; alteram veró, que in singulis par:
tibus nostri corporis exercetur, et solis qualitatibus
predictis tam una, quam altera exercetur, ni
mirum calore et humiditate citrá fibrarum

beneficio, cum illis non egeat concoctio; Numerus autem concoctionum iam superius innotuit, quod sit triplex, nimirum 1a quae fit in Ventriculo, et Chilosis dicitur; 2a in Epate, et Emalosis vocatur; 3a in singulis partibus.
Facultas expultrix ea est, qua partes post concoctionem res sibi inutiles expellunt, et haec fuit necessaria ad humani corporis conservationem, ut non solum foras expellantur, quae aliena sunt et naturae nocent, verum etiam ut partes officiales non solum excrementa sed etiam substantias utiles expellerent; Haec facultas pariter habet propriam actionem, quae expulsio dicitur, divisa ut superius de caeteris in officiatam, et primatam, haec quae solo calore et siccitate utitur, altera vero istis qualitatibus una cum subsidio fibrarum transversalium.
Dubitatur quomodo atractio, retentio, et expulsio quae sunt actiones valde diversae quomodo ab ijsdem qualitatibus officiantur, nimirum calore et siccitate, tamen non temperies, sed causa actionis superius est cognoscenda. Temperies enim est tantum instrumentum formae, seu Animae, nec implicat, quod unus Artifex uno eodemque instrumento diversa amodum opera officiat, ut efficit facultas Animae in hisce muneribus exercendis, licet tamen non sit negandum diversos caloris gradus et siccitatis requiri ad hanc, vel ad illam actionem, quamvis nobis sint incogniti.
Dubitatur 2o de numero deficienti facultatum, et

functionum, nam Galenus appetentiam constituit non solum Animato, sed etiam nattes in Ventri: culo, alibi distributivam, et secretivam enumerat. 3o. assimilationem, et appositionem recenset, quae omnes facultates et functiones videntur á praedi: tis differre, et sic plures esse constituendas. ~

Ad has obiectiones respondet Riverius dicendo appetentiam ab atractione non differre, re ipsam distributio et secretio, quod non differant ab alijs facultatibus, sed esse mixtas et dependentes ab alijs, cum fiant partim ab Atractrice, partim ab Expul trice, sicuti appositionem, et Assimilationem non esse ab aliqua facultate peculiari, sed varios tantum esse concoctionis gradus. Galenus autem proprijs et distinctis nominibus descripsit has ac tiones et facultates clarioris doctrinae gratia, non autem, quod sint verevá distinctae ab alijs actio: nibus. ~

De Facultate Auctrice et

De Augmentatione.

Auctrix facultas est illa vis Animae, quae Corpus ex Alimento in suam substantiam con verso in omnem dimensionem extendit, ad iux: tam magnitudinem consequendam ad actiones con: venientes exercendas. ~

Clarius deffinitur á Zabarella lib: de Acretione, et Nutritione Cap: 25o. Auctio est Motus viventis Corporis, quo totum et omnes partes

secundum omnes dimensiones simul extendunt ad Maiorem quantitatem factus ab anima vegetante per calorem nativum ex Alimento extrinsecus assumpto, et in Maiores consumptis partibus, partes substantiae converso, ut ipsum vivens debitam sibi magnitudinem assequatur ad exercendas omnes operationes.~

Sciendum autem Accretionem, sive Auctionem esse dimensionem corporis secundum tres illas omnes dimensiones nimirum in longitudinem, latitudinem, et profunditatem.~

Non differt plurimum Augmentatio à nutritione nam fit ab eadem Anima, quae utitur eodem Instro nimirum nativo calore, habent commune subiectum quod est corpus vivens sive Animatum, habent eandem Materiam, quod est Alimentum, ex qua differunt tantum forma, et fine, nam forma nutritionis est unio Alimenti, Accretionis verò motus extensionis. Differunt ratione finis, nam nutritiva facultas alimento utitur, quatenus substantiam partis conservat simpliciter; Auctrix verò, quatenus substantiae Magnitudinem, et iuxtam quantitatem intendit, nec dicat Mattis substantia nutritionis absque quantitate consistere non possit, tamen non substantiam respicit, quatenus habet quantitatem, sed tantum quatenus est substantia; Augmentatio verò eam substantiam respicit non qua est substantia, sed quatenus habet quantitatem, exemplificatur enim, dum in carnem mutatur sanguis, eatenus est nutritio, quae sola

carnis substantiam respicit, quatenus verò mutata in carnem maiorem, eatenus est augmentatio, quae non respicit substantiam carnis, sed illius tantum quantitatem.

Differunt etiam ratione temporis, nam nutritio toto tempore vitae durat; augmentatio verò usque ad certum vitae tempus, homo enim, ut experimur ad 25 usque 30 annum extenditur; homo enim ut et alia viventia non semper augentur, sed ad certum usque aetatis terminum, quod non fit ratione animae, quae semper suas retinet vires, sed corporis praecipuè ossium, quae progressu temporis, sive aetatis ita indurantur, ob continuam humidi primogenij exsicationem, ut ad extensionem amplius apta non sint, ut etiam aliae partes solidae assequantur, à quarum extensione secundum trinas iam enarratas dimensiones pendet immediatè ipsa augmentatio; non tamen dicendum auctricem facultatem ob id vitiari et corrumpi, quia semper non sit in actu 2°, nam duplex est causa cessationis una à fine, altera à subiecto desumpta: à fine, quia iam debet auctrix facultas cessare cum ad iustum magnitudinis terminum convenerit; à subiecto tandem, quia exsiccatis ut diximus partibus solidis praecipuè verò ossibus, non habet corpus extensionem aptam.

Oritur problema autem scitu dignum, quare omnes homines ad eandem magnitudinem non conveniant. Ratio triplicis, vel ratione diversae dispositionis

corporum, vel rone similitudinis parentum, vel rone nutritionis; ex 1a causa, quia corpora quo humidiora et calidiora, eo sunt aptiora ad extensionem, magisq: citius crescunt, quam frigida, et sicca, quorum partes n̄ ita sunt extensioni partes; ex 2a causa, quia semen hominum partium ideas, omnesq: earum conditiones transfert á parentibus in liberos, quomodo autem quantitas in uivente acquiratur, sine augmentatio, licet uariæ sint opiniones, eam tamen veriorem, qui credit id fieri per extensionem, quando scilicet alimentum per omnes corporis partes, eaundemq: omnes portionem (?) [illegible] extenditur, quod fit dum omnes pori replentur, quibus repletis partes extenduntur extensis, atq: auctis omnibus partibus totum etiam augetur eodem modo, quo spongiam in amplam molem extendi uidemus, postquam in omnes eius partes aqua se insinuauit. Ad extensionem autem corporis etiam anima quoad uirtualitates extenditur. 3a causa, quod homines equaliter n̄ crescant est, quo enim perfectius et copiosius nutritur corpus, eo etiam magis, et velocius crescit, et quo imperfectius et parcius eo minus et tardius.

De Facultate Generatrice, Et Generatione

Generatrix facultas est ea uis animæ, qua homo sibi simile producit ad perpetuam speciei

conservationem. Hinc generatio, quæ est eius actio, est sui similis productio; viventia autem similia generare dicuntur, dum aliquid de sua forma, et de sua materia largiuntur, id quod fit dum semen exibent; in semine enim est et materia et forma futuri canis, neque differt à cane canis semen, nisi sicut potentia ab actu, semini que nihil addit, quam organorum expressio, quæ confuso prius erant.

Prima origo propagationis, sive generationis indita est viventibus in prima Dei creatione, dum omnibus viventibus benedixit dicendo crescite et multiplicamini.

Duplex autem est generatio, una, quæ univoca est, et sibi simile generat, et talis est generatio omnium animalium perfectorum; altera æquivoca, in qua res diversæ et dissimilis naturæ generantur, et talis est generatio omnium animalium imperfectorum, quæ ex putredine oriuntur, et quando forma introducitur in materiam; altera generatio nec apud Medicos creatio appellatur.

Generatrici facultati duæ aliæ subserviunt, alteratrix nimirum et conformatrix. Alteratrix est, quæ subiectam generationis materiam alterat et immutat; subiecta autem generationis materia est semen, quod in variarum partium naturam transire nequit, nisi prius omnes illius qualitates tam primæ quam secundæ varie immutentur; ideò tributa est animæ peculiaris facultas, quæ munus istud efficiat; alteratrix et immuta

trix ideò appellata.

Conformatrix est, quæ toti Corpori et Singulis eius partibus debitam figuram et formam largitur; Seminalem verò Materiam alteratam et præparatam recipit facultas conformatrix, et ex ea omnes Corporis partes effingit, et unicuiq: earum debitam magnitudinem, figuram, situm, connexionem, et alia omnia commodè assignat, quæ cuiusq: peculiares Actiones ad commodè exercendas requiruntur.

Varius autem est propagationis Animatorum modus, nam diversimodè succedit in planctis et vegetabilibus, in quibus per radices et ramos ex arbore exceptos Arbor eiusdem speciei constituitur, ità tamen, quod Materia avulsa conveniens domicilium Animæ præbere possit; In Animalibus verò et si quoq: varius videatur propagationis modus, dum alia Ova pariunt, Alia vivos fetus, tamen in eo convenire videntur omnes, quod alia per nullam Corporis partem avulsam, sicut planctæ, sed per Semen, aut Semini quid Analogum generant.

Est et diff.a inter planctas et Animalia præcipuè perfectiora, quod planctæ quæ semen generant tale generant quod ad similem planctam producendam solum sufficit; In Animalibus verò, quæ sexum habent neutrius parentis semen ad simile generandum sufficit, sed ut Plato ait uterq: sexus suam ad generationem confert, et neutrius sexus semen sumptum seorsim, sed coniunctum in

vero femine unitum prolificum et fecundum est; unde benedicitur, quod Mas non in se ipso, sed in alio; femina vero in se ipsa generat; plura essent circa generationem exponenda, quæ cum videantur preter intentum nostrum omitti possunt, et videri possunt apud Senertus.

De Facultate Vitali.

Post facultatem natalem adest facultas vitalis actionibus et organis peculiaribus à natali, et Animali distinctis; Hæc facultas sedem suam habet in corde, et recte hæc facultas appellatur vitam conservans, quia cum in insito calore vita constituatur, illius pariter conservatio fit mediante spirituum vitalium influentium, qui ab ipso met corde dependent; Definitur igitur facultas vitalis, quod sit ea vis Animæ, qua Spiritus vitales in corde generantur, et vita in toto corpore conservatur. Duæ sunt inservientes huic facultati, pulsus nimirum et respiratio; Pulsus nihil aliud est, quam functio cordis et Arteriarum composita ex sistole et diastole cum intermedia quiete orta à facultate pulsifica cordis ad coadiuvandam generationem spirituum vitalium, et ad eorundem distributionem per totum corpus efficiendam; Diastoles nihil aliud est, quam dilatatio cordis et Arteriarum ad Aerem recipiendum pro ventilatione eiusdem cordis; Sistole è contra est constrictio earum partium, ad hoc ut cor fuli ginosa excrementa, ~~[illegible]~~ ex generatione

spiritum orta foras propellat unà cum distribu
tione caloris per universum corpus; inter sistolem au
tem et diastolem datur inmedia quies, quià non potest
fieri transitus ab uno contrario ad aliud, nisi
per medium.

Tria posteà sunt, quæ requiruntur ad pulsum effi
ciendum, scilicet facultas pulsifica, quæ est iam
agens cor, et Arteriæ, quæ sunt principale ins-
trumentum pulsui aptum, quæ ab illa facultate
commoventur, tandem usus et necessitas, nimirum
spirituum generatio, et caloris natiui conseruatio.

Respiratio est Actio partim Animalis, partim na
turalis, qua per os ducitur Aer ad pulmones distento,
et dilatato thorace, et uapor humidus eodem
contracto excludatur ad caloris natiui conseruati
onem, et spiritus uitalis generationem; Constat
autem duobus motibus, et inmedia quiete, scilicet
expiratione, et inspiratione; Inspiratio
fit dilatato pulmone et thorace, et Aer
per os, et nares ad cordis refrigerium atrahi
tur; dilatatur autem thorax per Musculos
huic officio destinatos, unde dilatato thorace
etiam pulmo dilatatur, ne in illa cauitate
detur uacuum, et sic pulmo Aere impletur
tamquam follis, et cordis æstus temperet,
et sanguinis efferuescentiam compescat.
Expiratio et Compressio pulmonis, et thora
cis ad fuliginosa excrementa per os, et
nares excludenda, nam prædicta expirati
one thorax et Pulmo contrahuntur, et

se se contrahendo aerē calidum, et fuligi
nosos vapores à Corde emissos foras exclu-
dunt; Ita etiam inmedia quies eadem ratione,
qua diximus de pulsu; Licia parin re-
quirunt ad efficiendam respirationem, fa-
cultas Animalis Musculos thoracis movet
insita naturalis, quæ pulmonem impellit
ad Motum, ut Cordi auxilium; Instrumen
ta sunt Omnes partes respirationi dicatæ,
tandem necessitas, et usus respirandi ad
Cordis Calorem Ventilandum.

De Facultate, et Functione Animali, et p.º de Facultatibus Principibus

Absolutis ijs, quæ spectant ad facultatem vitalem,
et natteram reliquum est ut accedamus ad ea quæ
spectant ad Animatem, cuius functiones cum aliæ
sint internæ et principes; Aliæ externæ et minus prin-
cipes, nos quoq. eodem ordine servato à principibus
exordium desumemus, quarum cognitio ut strictius,
et perfectius habeatur circa ipsius essentiam versa
bitur hoc unum scientes, quod sicuti facultates en-
naturale sunt tamquam causæ, ita effectus sunt
tamquam actiones ab ipsa Anima dependentes.
Est igitur facultas Animalis ea vis Animæ, qua
homo sensum, Motum, et principes Animæ functio
nes exercet, et solis Animalibus contingit, quam
obrem causa talis appellatur.
Tres potissimum sunt Animæ functiones; Im-

maginatio scilicet, ratiocinatio et Memoria; Et cum autem istę functiones principes Animales quia in solo cerebro suam habent sedem. Immaginatio est illa Animę actio, quę omnium Obiectorum species á se inuicem efficiunt et discernunt natura à Natura insit, ut unusquisq: Sensus proprium et peculiare habeat obiectum, cuius species recipit in proprio Organo, eam tamen non diiudicat, cum solum pertineat ad Immaginationem, ad quam feruntur species per propria Instrumenta. Cum igitur cerebrum sit sedes principum facultatum, ad sensuum diuersorum obiecta illi communicant, Representant primo in Immaginatione, et á se inuicem distinguerent, quod nequeunt prestare sensus peculiares; v.g. visui lactis albedo sola, quod est tanquam obiectum et cadit sub colore albedo sola representat, non autem dulcedo. Gustui é contra dulcedo et non albedo; At Immaginatio utrumq: recipit, et recte diudicat; Preterea Imaginatio non solum res presentes, sed etiam absentes recipit, et in Animo representat, multaq: componit, quę sępe nunquam extiterunt, ex Analogia tamen eorum quę sensibus sunt conspicua, nihil enim cadit in Imaginationem, nisi prius fuerit in sensu quę quidem Animi operationes, quę ueniunt sub immaginatione in duas distinguunt species, nimirum in sensum Communem et phantasiam, et uolunt sensum Communem species tantum recipere Obiectorum presentium; Immaginationem uero etiam res

absentes sibi proponere, ac si essent presentes, nec non res, quæ non sunt et Impossibiles. ~

De Ratiocinatione ~

Postquam species intelligibiles receptæ fuerint á sensibus externis per spiritus Animales in organo determinato residentes, et sensui Communi allatæ mox ad ulteriora in cognitionem et depurationem phantasiæ apponuntur; unde phantasmata illa in immaginatione recepta intellectui agenti communicantur, ut postmodum infixa in Intellectus patientes eas sic actu detineat ut iterum supra species receptas dividat, Componat, et earum Naturas et essentias speculetur, et investiget, donec Intellectus non amplius speculativus sed practicus dicatur, dum beneficio discursus bonum á malo, verum á falso distinguit, et sic insurgit tunc Ratiocinatio sola homini peculiaris, cum reliquæ sint etiam brutis Communes. ~

De Memoria.

Memoria est illa Animæ actio, quæ species sensibiles á phantasia, seu Immaginatione cognita recipit et reservat, et cum opus est eas exibet, cum rerum species semel in Animo receptæ diu conservantur, tanquam Oreum quoddam, á quo illæ desumuntur, quando opus est. ~

Duo autem sunt actus Memoriæ, unus qui appellatur veré memoria, Alter reminiscentia, et differunt in hoc, quod Memoria est rei anteá

cognite, et receptæ, ut recepta erat iteratæ, et promptæ apprehensio, seu repetitio; Reminiscentia vero est unius, vel plurium rerum in Memoria asservatarum notitia, quæ non simplé occurrit, sed recordatur; ita ut Memoria sit recordatio rerum, sicut actæ sunt, Reminiscentia vero est recordari, sed sub diversa actione.

De Somno et Vigilia.

Non hic agimus de somno et vigilia sicut sunt causæ salubres, vel insalubres, et prout sex res non naturales á medicis considerantur, sed hic loquimur de ijs post tractationem internorum sensuum, cum et ipsæ affectiones referantur ad internas cerebri functiones; nam somnus nil aliud est, quam quies, et cessatio sensuum internorum, et externorum ad corporis recreationem instituta; et sunt sensus, Affectiones, et solis, et omnibus Animantibus competentes; hinc quæ inanimata sunt, seu quæ anima sentiente destituuntur, ut Plantæ neq: dormiunt, neq: sentiunt.

Per sensus internos intelligimus potissimum, quod sit illa interna actio, per quam fit receptio specierum, quæ á sensibus externis feruntur ad immaginationem; ideó dicitur, quod sensus communis precipué in somno afficitur, hoc enim quiescente etiam reliqui externi cessant, tamen per somnum cessat illa actio, non tamen immaginandi, ratiocinandi, aut memorandi, quæ actiones inter dormiendum non raró exercentur; Immó ipsorum sensuum non est omnimoda cessatio somnus; dormientes enim violenta percipiunt obiecta, ut Clamores, Concussiones et alq: sicut som:

nus dicatur privatio, Vigilia habitus; Non est tamen totalis privatio, sed huiusmodi, ut ab ea ad habitum facilis sit regressus, atque ita veræ privationis essentiam non complet.

Quoad Causam, quæ sensus exteriores ita veluti vinciat, utique est dignum Inquisitione, quare somni proxima, et immediata causa est spirituum detentio, et Inhibitio, ne influant in organa sensus, et motus; unde non Inhibeatur talis influxus spirituum Communis opinio est, quod fiat à Vaporibus cerebrum petentibus, illius meatus obstruentibus, quod tunc contingit in somno naturali et quieto, quando vapor benignus, et veluti roridus ex alimentis in cerebrum fertur, eius ventriculos, et Meatus Infundit, ut spiritus detineatur, et Animales actiones consopiantur; et quod somnus ex huiusmodi Vaporibus in cerebrum delatis excitetur, inde patet, quod ex copioso cibo et potu meri potissimum somnus longus, et profundus excitetur, cum ex his Multi Vapores ad cerebrum ferantur; Qui verò valde sobrij sunt, parum dormiunt, quia pauci Vapores ad cerebrum feruntur, qui citò dissipantur; Tunc enim somnus cessare solet, postquam vapores illi à calore nativo fuerunt resoluti.

Multis verò de causis Inhiberi potest spirituum influxus, nam hoc efficiunt ea, quæ illos multos dissipant, vel obtundunt, aut alio quovis modo sistant, nam somni causa præcipua prohibens spirituum influxum est Vaporum

copia ad cerebrum delata; sunt autem mul-
tæ aliæ, quæ efficacius, aut saltem minus
naturaliter idem præstare solent; verbi gratia
quando spiritus Animales sunt ita exso-
luti per diuturnos labores, Intentiones
Animi cogitationes, et studia, et curas, ut
non suppetat sufficiens eorum copia ad
ad influxum ordinarium efficiendum:
sed natura eos retineat ad reparationem deperdi-
torum, sic etiam à rebus frigidis assumptis, uel amo-
tis spiritus quasi congelati subsistunt, et incipi-
piunt, sistuntur enim spiritus ab ijs, quæ Ani-
mum demulcent, qualia sunt suauis cantus,
murmur aquarum &c.

Finis uerò somni est quies Animalium, et totius
corporis instauratio, quoniam per somnum uires
primario conseruantur, quia ex longa defatigatione
consumptæ somni beneficio iterum restituuntur,
et membra ex longo motu defatigata ad pristinam
naturam, et functiones redeunt. Rursus per somnum
actiones naturales efficiuntur, quæ per uigilias quod-
ammodò impediuntur, nam tempore somni calor
nativus intus se se recipit, concoctiones melius cele-
brantur, et noua suggeritur materia ad spiritus gignen-
dos.

Vigilia è contrà nil aliud est, quam exercitium libe-
rum sensuum internorum et externorum, quod quidem
nullo modo potest accidere, nisi quis prius à
somno excitetur, quæ excitatio in Animali dupli-
citer contingit, uel sponte, uel à quadam causa

extra; Prior modus naturalis est, et solet succe
dere, quando iam absoluta concoctione calorem nativum, qui intra se se abdiderat ex
toto vapores remanent resoluti, et sic spiritus
rursus exeunt, et ad extra diffundunt ablatis
omnibus obstaculis, quae prohibebant, ne spiritus ad
organa sensuum liberum haberent transitum.
neque tamen semper absoluta concoctione Ani
mal expergiscitur, sed quandoque etiam intra coquen
dum, quando scilicet vapores atri ex humoribus rei
tosis ad cerebrum levantur; 2º modo succedit
vel ab aliqua causa violenta, vel a clamore
vel tactu et. Notandum, quod illi, qui crassis
abondant vaporibus non tam facile excitantur, ut
patet in ebrijs, et pueris in pº somno, qui pro:
fundior est, quoniam tunc vapores sunt copio:
siores, et crassiores, unde paulatim absumuntur,
et attenuantur.~

De Insomnijs.~

Cum in somno accidant insomnia de his
aliquid est dicendum ut eorum naturam, differentias
et causas investigemus. Definitur Insomnium
quod sit phantasma rei alicuius sensibilis
Animali in dormiendo occurrens, unde som:
nium est effectus precipue phantasiae, et fit
dum simulacra obiectorum sensibilium in vigilijs
ad cerebrum delata, et vi spiritus Animalis in
pressa, ibi conservantur, quae dum Animal dormit
rursus occurrunt, et apparent, quo fit ut

Animal revera se iudicet sensibus expers res illas cognoscere, quæ repræsentantur ab illo simulacro, ut plurimum horis matutinis succedunt, quia tunc spiritus Animales sunt puriores, et per vestitum non crassorum vaporum.

Quæ sunt Differentiæ principaliores, alia enim sunt insomnia naturalia, alia præternaturalia; Rursus naturalia subdividuntur in Animalia, et naturalia. Naturalia ea sunt generice, quæ fiuniunt á causis naturalibus; præternaturalia, de quibus spectat ad Theologos pertractare alia sunt diuina, alia Angelica, alia diabolica; Animalia naturalia sunt, quæ circá res, quæ uigilantibus sunt oblata occupantur, et ex relictis uestigijs imaginum insidiū formatarum efficiuntur; naturalia veró simpliciter ea sunt, quæ á causa latente in Corpore ut humoribus, temperamento, et uaria Corporum dispositione oriuntur, nam Sanguineis Colores rubri, Conuiuia, Nuptiæ, oscula, res uenereæ, Musici concentus, amplexus, et alia id genus ad uoluptatem pertinentia; Biliosis Colores flaui, Rixæ, Bellum, et Pituitosis Colores albi, aquæ submersiones, pisces, Nauigationes, et Melanconicis tandem, Colores nigri, tenebræ, Cadauera, sepulcra, et alia huiusmodi. Ultrá hæc Astrorum influxus non raró concurrit, cum Corporis tamen dispositione ad insomnia efficienda, et illa potissimum solent habere aliquam significationem.

De Facultatibus Minus Principibus.

Absoluto tractatu de sensibus internis principibus, accedimus ad tractationem facultatum minus principium, ut sic integram habeamus facultatem et functionem cognitionem.

Duæ sunt facultates minus principes, nimirum sentiens et Movens. Sentiens facultas est ea vis Animæ, per quam Obiecta externa per medium idoneum delata in proprijs organis percipiuntur; Illius verò actio sensatio appellatur, ita ut appareat distinctio inter sensum sensibilem, et sensationem; nam sensus est facultas, sensibile est Obiectum sensatio verò est tanquam effectus à causa productus nimirum à sensu.

Plura requiruntur ad hanc facultatem ritè exercendam quæ tamen ad quatuor reducuntur, nimirum, nimirum Instrumentum benè dispositum, sive Organum et Spiritus Animalis; 2º Obiectum proportionatum iuxta speciem cuiusque sensus; 3º medium cum convenienti distantia inter Obiectum et sensum, ut recta fieri possit illius perceptio; nam communis est philosophorum sententia, quod sensus supra sensum faciat ~~[illegible]~~ sensationem.

Species sensitivæ potentiæ sunt quinque: visus, Auditus, Olfactus, gustus et tactus; visus est sensus, quo homo Obiectum visibile per medium diaphanum actu illuminatum oculis percipit, ex qua definitione apparent conditiones supra dictæ.

Auditus est sensus, quo homo Obiectum audibile per medium sonis deferendis aptum auribus percipit; Organum adæquatum est auris, hoc est extremitas pori auditorij; Obiectum est sonus, medium verò Aer, et Aqua; facultas ipsa Anima sentiens.

Olfactus est sensus, quo homo Obiectum olfactibile per medium processum mamillarium recipit; cuius adæquatum Organum sunt Nares, præcipuè

verò Decessus mamillares; Obiectum sunt odores, Medium sunt Aer, et Aqua; Facultas Anima sentiens.

Gustus est sensus, quo homo obiectum gustabile per medium linguæ percipit. eius proprium Instrumentum est lingua, vorè carnis raremollis, et spongiosa; Obiecta sunt sapores, Medium pellicula spongiosa; Linguæ facultas Anima sentiens.

Tactus est sensus, quo homo obiectum tangibile per medium idoneum percipit; Adæquatum eius organum est Membrana, nam ubi Membrana non est, tactus non fit; et sicuti sensus hoc obtinet propter fibras ac membranulas, et nervulos, quibus ex horum participatione recipit. Obiecta sunt qualitates tangibiles, medium ipsa caro.

De Facultate Motrice, et Appetitu.

Notorium est tres esse facultates Animæ sentientis, nimirum cognoscens, appetens, et loco movens. Cognoscens sensus exteriores et interiores complectitur, cognitionem sequitur Appetitus, denique durum appetitum Animal movetur; Appetitus igitur duplex est, sensitivus nimirum, et rationalis, cuius obiectum est bonum sivè verè tale, sivè tale apparens. sensitivus est ille, qui appetit id, quod sensibus tantum bonum videtur; Rationalis verò est ille, qui id appetit, quod rationi bonum videtur, et ad nutum voluntatis efficit, ut cognita ab Intellectu sequamur, vel aversemur, velle enim et nolle sunt actiones voluntatis, cuius aliæ sunt elicitæ, quas scilicet voluntas per se edit, et non per potentias inferiores; Aliæ Imperatæ, quæ indigent potentiis inferioribus. Appetitum sequitur Motus, postquam cognoverit obiectum sivè gratum, sivè ingratum.

Facultas motrix ab appetitu seu sensitivo, seu

ronali imperat, qui modus exequitur musculis eius adequato Instro; unde quatuor sunt Motus Musculorum diffe, nimirum dum contrahunt, vel extendunt, vel transferunt, vel tonice manent.

De Calido Innato.

Cum ad perfectam cognitionem viventis examinanda sint intrinseca principia, quæ se habent tamquam primordia omnium operationum, quæ in Animante observantur, tractationem hic de calido innato non omittendam iudicamus, et cum omnis cognitio deffinitionem magis resultet ab ipsa erit Incipiendum, quæ sic se habet.

Calidum innatum est humidum primigenium per omnes Corporis partes sparsum spiritu insito, et calore natiuo undique perfusum; per calidum autem Innatum non ille calor, qui mixto, quatenus mixtum est venit intelligendus, sed viventibus proprius, quippe cum humido innato coniungitur; neque per calidum innatum nuda quædam qualitas est intelligenda, sed qualitas cum subiecto, unde tria concurrunt ad constitutionem dicti calidi innati, nimirum humidum primogenium, spiritus insitus, et calor natiuus. In spiritu enim calor perfectió reperitur, et spiritus insitus cum humido primogeneo semper iniungitur, quare patet ex his itá unitis calidum innatum constituere, cum calor, spiritus, et humidum radicale arctissimo nexu inter se conqueant, quo circó calor ille quasi gubernator vitæ nostræ existit, quo omnes actiones efficiuntur; neque spi:

vituosa tantum substantia esse debebat, quæ per se valdè mobilis est et dissipabilis, sed ut vita diutius perduraret in humido stabili, ac permanente consistere oportebat, videlicet in humido non tenui, non aqueo, sed pingui, et oleaginoso, quod partibus similaribus est insertum, et istius origo à primis nostræ generationis principijs habet originem, et fundamentum, semine nimirum et sanguine materno; Immò ut clariorem habeamus cognitionem circa huius humidi primigenei essentiam, ipsum explicandum assumemus. Humidum ergo primigenium est quædam substantia humida, pinguis, et oleosa per omne corpus effusa, qua calor nativus tanquam proprio pabulo conservatur, et quidem calor vitæ nostræ, Authhor et conservatorem, ut diu posset perdurare, certo indiget pabulo, non secus ac ignis continuo indiget fomento, ut conservetur; et cum humidum duplex sit in corpore nostro, unum aqueum, alterum verò pingue, non potest calor ille vivificus in humido aqueo sustentari, sed pingui, et oleaginoso, quemadmodum ellichinium, vel candela accensa non aqueo liquore, sed pingui sustentatur; verum per oleosam, et pinguem substantiam non debemus intelligere adipem, vel sevum, quæ frequentissimè in mulierculis colliguntur, et ijs, qui otiosam degunt vitam circà cutim, sed partium similarium, et spermaticarum, humidum radicale ex semine, et sanguine materno, ut diximus, productum, quod quidem cum ex continua caloris actione deperdatur, eius conservationem reposcit à pingui, et oleosa Alimen:

torum humiditate, et continuatione. Animadvertendo tamen, quod illud, quod reponitur in locum deperditi, multo deterius sit et magis impurum nec non in quantitate, et qualitate defficiens, alioquin vita in aeternum posset prorogari; sed cum sensim minuatur humidum illud primigenium, et impossibile sit, quibuis alimentis reponere aequale illi, quod antea fuit deperditum, absolutam morienti necessitatem offert. Visa humidi primigenei essentia reliquum est ut consideremus, quid sit calor nativus, qui nihil aliud est, quam quaedam qualitas omnibus animantibus propria, et familiaris vis, cuius beneficio vivunt, et actiones suas exercent. Notandum duplicem esse calorem in corpore nostro, unus, qui dicitur elementalis, et adhuc remanet post interitum tanquam immixtum, et ex quatuor elementis constat; Alter, qui animantibus tantum est proprius, et vivificus appellatur, quia illo nutrimur, augemur, conservamur, et vivimus, unde Aristoteles bene dicebat vitam nostram esse conservationem illius caloris in humido proportionato.

De Hominis Procreatione.

Absoluto tractatu de rebus naturalibus, quibus corpus humanum constituitur, reliquum est, ut ipsius hominis integre constituti procreationem examinemus ut exinde clarius innotescat artis medicae subiectum, quod est corpus humanum, et quia principia eius generationis sunt semen, et

sanguis, de ipsis erit agendum. ~
Ad hominis igitur generationem requiritur masculus, et femina, ex quorum mutuo congressu semen prolificum ab utroque effunditur, atque in uteri sinum receptum, fetus rudimenta postea componunt; semen nihil aliud est, quam substantia spirituosa et humida in testibus elaborata ex residuuo quartae concoctionis, hominis formam potestate continens, et ad fetus partes producendas non solum virtualiter, sed etiam materialiter concurrens. Semen enim iuxta opinionem nonnullorum decidit ab omnibus corporis partibus, potissimum vero a principibus, quae spiritus vivificos suppeditant referentes totius ideam, et caracterem, quod comprobatur ex similitudine liberorum cum parentibus; In semine duae adsunt partes, spirituosa nimirum, quae est causa efficiens generationis, et crassamentum, quod est causa materialis; In spirituosa autem residet formatrix illa facultas, per quam homo sibi simile generat; crassamentum vero est substantia humida, et aquea, quae talis manifeste apparet, cum ex semine spiritus evanescat, tunc enim albedinem suam ammittit, et spumositatem; Altera vero substantia est illa, quae inservit pro materia omnium partium solidarum, neque inconveniens est, quod una materia sit agens, et patiens, quoniam tunc temporis, seu in eo casu diversa munera ipsa est praestare,

ut patet in ouis, in quibus incubante Galina Spiritus ille efficiens suscitatur mediante calore, agens in eiusdem Seminis, aut oui Materiam aggrediendo et efficiendo partium conformationem ac Jdeò nil impedit, quin Semen tum ut efficiens, tum ut matris causa fetui concurrat non tamen ex predictis arguendum, quod ex se semen prestet generationem fetus, et actu sit Animatum, sed potentia tantum, quatenus aptum est, eas dispositiones inducere, que sunt necessarie ad formam nobiliorem suscipiendam; Plura disceptant in Scholis, an scilicet Semen Mulieris sit efficiens que uideri possunt apud Rinerium, qui affirmatiuam sustinet sententiam et cum eo solum Semen ad fetus generationem concurrat, sed etiam sanguis menstruus matris, non autem efficiens; quid sit iste Sanguis Menstruus erit explicandum.~

Sanguis Menstruus est excrementum ultimi Alimenti partium Carnosarum, quod certis temporibus, et periodis moderata quantitate expurgatur, et inseruit ad fetus generationem, et nutritionem nulla tamen in hoc sanguine adest uis efficiendi, sed tantum Materiam suppeditat, ex qua partes carnose componuntur, sicuti ex Semine spermatice; dicitur excrementum, sed utile secondum Substantiam, cum in fetus partes, et earum nutritionem conuertatur; producitur ob debilem Sexus calorem, qui totum sanguinem nequit absumere ob eiusdem Mollitiem, et humidam temperiem, que

solet copiam humorum concervare, unde fit ut iste
sanguis quantitate luxurians carnibus iam expletis
et quasi saturatis redundat, et per uteri venas
excernatur.

Tempus, quo sanguis iste excernitur duplex est;
universale scilicet et particulare; universale tem-
pus est a 14° aetatis anno, quo tempore calor
incipit effulgere, et vasa ampliari, et perdurat usque
ad 45um annum, et ultra, iuxta diversitatem tem-
peramenti, et hoc sequitur propter imbecillitatem
caloris, non amplius tantam sanguinis copiam
producentis; Tempus particulare durat per spatium
trium, vel quatuor dierum vel in novilunio, vel
in plenilunio, cum motus iste quandoque reservatur
ad lunae commotionem iuxta illud carmen iam
satis vulgatum; Luna vetus veteres, iuvenes
nova luna repurgat.

Apud Authores agitatur an sanguis menstruus
sit prava qualitate noxius; Multis hinc inde
rationibus allatis concludunt non ex se, sed per ac-
cidens malam qualitatem assumere, quatenus ex-
tra vasa detinetur, nam sanguis quando detinetur
in proprio situ dicitur vitae thesaurus, extravasa-
tus vero venenum quasi nuncupatur, nam cor-
ruptio optimi pessima; videatur Laurentius
quaest: 8. in sua Anatome.

De Conceptione

Consideratis primis principijs nostrae generatio-
nis, nunc quomodo ex ipsis fiat conceptio

venit discernendum, nam tunc dicitur fieri conceptio, quando semina utriusque sexus in uteri cavitate simul commiscentur, et foventur, eorumque virtus formatrix in actum deducitur, nam illa duo semina in utero exquisite uniuntur, et commiscentur, et adeo ab ipso utero arctissime comprehenduntur, ita ut totum uteri corpus constringatur, et corrugetur, et ejus orificium internum ita exquisite claudatur, ut neque spiculi apicem admittat, unde semina illa postea a calore uteri foventur, et eorum calor, et spiritus suscitantur, ac divina illa virtus plastica in actum reducitur, unde foetus partes incipiunt delineari.

Neque sufficit ad medicum scire modum conceptionis, sed cum plurimum prosit ad curandum praescire quando conceptio sit facta, ideo signa eiusdem, quae sunt septem potissimum, veniunt enoncianda.

1um est levis totius corporis horror statim a seminis susceptione, quia tunc temporis uterus contrahitur, et se se contrahendo illum horrorem parit.

2um seminis retentio, et pudendi muliebris siccitas, nam si post actum semen non cadat, tunc signum est mulierem concepisse; 3o uteri osculi exquisita oclusio, quia cum natura intendat conservationem assumpti seminis ad conceptionem statim occluditur, et constringitur.

4um est mensium suppressio, nam illa sanguinis redondantia, quae singulis mensibus ad uterum

deponebat, nunc ad augendas partes carnosas, et ad ipsum fetum sustinendum conservatur.
5.um Mammarum tumor, dolor et durities, cum iam provida natura ad fetus nutrimentum incipiat sanguinem ad partes superiores depellere ad efformandum lac.
6.um est languidus Veneris appetitus, nam fine completo quodammodo natura ab actu venereo abhorret.
Ultimum est Cibi fastidium, Nausea, Vomitus, regurgitantibus aliquibus portionibus sanguinis menstrui, non totaliter pro Mensibus consumptis, vel ex aliqua evaporatione ab Utero ad ventriculum transmissa, qua ipse Ventriculus irritatur, et molestatur.

De Singularum partium Delineatione, Carumque Continentibus.

P.a partium spermaticarum rudimenta 1.a conceptionis die incipiunt apparere, ut vulgata est illius hippocratis de muliere saltatrice, quae post 7.um dies á conceptione genitum rudem deposuit, et pelliculis involutum, nam virtus efformatrix á calore uteri suscitata totam seminis Massam duabus tunicis contegit quas ex ipso semine efformat, et illae tunicae 2.ae appellantur vulgariter, sed vere chorion, et Amnios dicuntur, quarum usus apud Anatomicos annotatur; reliqua vero seminis Massa in partes spermaticas mutatur, illarumque p.a lineamenta incipiunt apparere die 1.o. nam si genitura in aquam emissam post 7.um diem conjiciatur, in

ea apparebunt tres bullæ, quæ sunt trium partium principum rudimenta, et infinita penes filamenta, quæ sunt reliquarum partium spermaticarum stamina.

Quoad tempus effectionis eiusdem conceptus, Multi asserunt, quod omnes partes spermaticæ in Maribus 30 diebus, in feminis vero 40 efficiuntur; et hoc rationi est congruum nam cum Mares sint natura calidiores, et sicciores, citius efformantur; feminæ vero tardius ob debilem calorem, et ob maiorem humiditatem, quæ indiget longo tempore, ut partes solidæ in consistentiam reducantur; verum cum partes, aliæ sint spermaticæ, ut diximus, aliæ carnosæ, hæ diversis temporibus producuntur; Nervosæ enim 3.o Mense in maribus efficiuntur; in feminis vero 4.o, et tunc moveri incipiunt, postquam omnes partes spermaticæ fuerint conformatæ; sanguis autem menstruus confluit in eas, et earum omnia spatia intermedia replet, unde virtus formatrix producit partes carnosas, et cum fetus incipiat moveri, indicat musculos, (a quibus fit motus) esse absolutos.

De Partu.

Partus est fetus in utero perfecti, et absoluti, debito tempore facta exclusio, nam cum fetus debitam conformationem et augmentationem acquisiverit et calorem habeat maiorem, opera Aeris inspiratu indigeat, ut ventilet, liberiorem incipit locum quærere, et calcitrando membranas, quibus includitur disrumpit, et uterum distendit, unde natura irritata ab onere molesto duplex sequitur motus, unus ipsius fetus exire inten-

dentis, alter uero uteri fetum excludere conantis. Partus, alius est natalis, alius est prenatalis; 1.us est cum infans in caput ruit, et foras incipit eminere; reliqui partus sunt prenatales.

Quoad tempus exclusionis partus uariis temporibus contingere potest 7.o nimirum Mense, 9.o 10.o, et 11.o, si excludatur 8.o Mense, ut plurimum Mors contingit, quia cum 7.o Mense conatum edat fetus ut exeat, si robustus sit foras egreditur, si imbecillis diutius immoratur, quare ualde debilitatus diutius eget Mensibus ad uires restaurandas; Astrologi tamen uolunt infelicitatem 8.i Mensis succedere ob predominium saturni, qui malignos solet afferre influxus.


De Similitudine Natorum cum Parentibus.

Similitudo apud Medicos triplex est, speciei, sexus, et indiuidui; 1.a est cum homo hominem, Canis canem generant; similitudo sexus est, cum femella Matri, et Mas Patri assimilentur, et hoc pendet a seminis masculini, uel feminini maiori quantitate, uel etiam propter situm, nam si semen recipiatur in dexteram partem fit Mas, si in sinistram femina; similitudo indiuidui est cum fetus secundum corporis conformationem representat aliquod aliud eiusdem speciei indiuiduum, sic natus alius Matris,

alius patris, alius avi effigiem repræsentat, et hoc oritur non solum à virtute formatrice semini insita, sed etiam ab imaginatione. et hæc vis, seu parentum similitudo extenditur usque ad 4.tam generationem. Quod autem Immaginatio plurimum faciat ad similitudinem inferendam patet, nam si femina dum concipit intensam habeat immaginationem ad alicuius effigiem, similem parit edet fetum,[sic] unde femina quædam effigiem Æthiopis in cubiculo habebat, et filium peperit nigro colore præditum. Sic multæ prægnantes dum aliquid avidè expetunt illius effigiem fætui imprimunt, quia à summo illo desiderio conturbatur immaginatio, et rei appetitæ effigies spiritibus imprimitur, quæ postea tenello fetui communicata facillimè inuritur. ~~~

In Physiologiam satis.

Nunc ad Igeam deveniemus.



De 2.da Parte Medicinæ.

In qua agitur de rebus non naturalibus.

Absoluto tractatu rerum naturalium accedimus ad eum, in quo agitur de rebus non naturalibus, quæ sex sunt, nimirum Aer, cibus et potus, Inanitio et repletio, motus et quies, somnus et vigilia, et Animæ accidentia, dicuntur autem non naturales; quia sunt causæ mutantes, et corrumpentes naturam corporis nostri, et dicuntur etiam causæ, sine quibus non vivere possumus; non autem quia non sint naturales et in rerum natura, et maximè faciant ad corporis nostri conservationem, quin immò adeò necessariæ sunt, ut sine singularum usu, nec humana quidem vita sustinere queat; nam cum perennis sit triplicis substantiæ nostræ ab innato calore dissipatio spirituosa ab aere, solida à cibo, humida à potu, necessariò instauratur; Somnus item necessarius est ad cibos probè concoquendos ac exsolutos spiritus resarciendos; vigilia subinde requiritur ad functiones Animales edendas; exercitatio etiam necessaria est ad nativum calorem suscitandum; altera requie opus est ad membra labore fatigata tuenda, cumque natura totum, quod assumitur alimentum in nostram substantiam convertere non possit excrementa necessariò excernenda; animi insuper palemata vitari nequeunt vone boni boni, vel

mali, ità ut concludendum sit veram methodum tuendæ sanitatis consistere in convenienti singularum rerum non naturalium qualitate, quantitate, utendi modo, et tempore, quare de singulis tractabimus.

De Aere Caput 1um.

Aer duobus modis corpora nostra afficit, vel quatenus est eorum extrinsecus ambiens, et per poros cutis, ac spiracula se insinuat, vel quatenus inspiratione attrahitur, ità ut si Aer semper optimus eligendus est, et vitiosus evitandus. Qualis autem is debeat esse ad bonam valetudinem tuendam certè plurimum erit insudandum, nam tot conditiones requiruntur ut vix pateat cœlum, sub quo vivens tutè degere possit, nihilominus ut is eligatur sub meliori conditione, dicendum erit Aerem illum esse bonum, qui nec crassus, nec densus, nec stagnum, aut flumen vicinum, nec nebulosus, sed tenuis, et serenus, nec calidior, nec frigidior nec siccior, nec humidior, sed temperatus, nec stagnorum paludum cloacarum alitum, nec gravi cadaverum expiratione infectus, nec postremò aliarum rerum inferiorum, vel superiorum putredine inquinatus, sed purus, nec qui editis undique montibus in valle cavoque loco inclusus nullis afflatur ventis. Aliæ etiam requiruntur conditiones ad Aeris bonitatem, nam Maris vicinitas, fodinæ Metalicæ, ac anni tempora, et montium situs variare possunt Aeris salubritatem, eamque deteriorem, et insalubrem efficere,

ita ut is dicendus sit situs Saluberimus, in quo con stitutio aeris est temperata, Uer temperatus; Æstatis calor frugibus, et fructibus maturandis sufficiens, Autumnus frigidior, hiems frigida, corpora tamen nimia frigiditate non lædens, ibi enim adeò soli fæcunditas homines decoro corporis habitu prediti facie bene colorata, moribus laudatis Ingeniosi, et sanitate prospera gaudentes.

Quantum uerò aeris ducere expediat, hoc non est indiscriminatim agendum, quia ualidi, quò liberius aeri libero fruuntur, eò melius se habent, sed imbecillis, et iam recens à morbo conualescentibus ex incluso aere in liberum apertum transitus est periculosus.

Quare sensim et paulatim liberiori aeri assuescere oportet, et tutius aeri libero se debet exponere serenis diebus, cum nec solaribus radijs, nimirum excalefactus, nec frigoribus modo refrigeratus, nec uentorum impetu exagitatus fuerit.

De Cibo et Potu. Caput 2^dum.

Cibus est illa substantia Alimentalis, quæ assumitur in corporis restaurationem, hinc colligi potest, quod non omne, quod uescitur uerè est cibus, sed quod auget et nutrit; immò differentia, quæ datur inter Medicamentum, et Alimentum, ea est, quod Medicamentum est illud, quod alterat naturam, alimentum uerò est illud, quod alteratur à natura; propterea medicamentum superat corpus, et euincit.

Alimentum verò nutrit et auget. Duplex tamen est Alimentum, unum proprie dictum, quod aptum est augere substantiam nostri corporis; Alterum verò medicamentosum, quod simul nutriendo corpus nostrum alterat.

In cibo et potu eędem conditiones considerantur, nimirum circa quantitatem, qualitatem, utendi modum, et tempus.

Sumuntur Alimenta è duobus rerum generibus, vel á plantis á terra productis, vel ab Animalibus, et quę ab Animalibus petuntur vel sunt partes Animalium, vel sunt veluti fructus Animalium, ut oua, Lac, et quę ex his fiunt, ut Butyrum, Caseus &.

Differentia ciborum magna est, Alij enim sunt boni succi facilis concoctionis, minimumque excrementum relinquentes; Alij verò mali succi sunt, difficilè concoquuntur, excrementis abondant, facileque corrumpuntur in ventriculo.

Cibus autem optimus is censeri debet, qui neque iusto calidior, neque frigidior, neque humidior, neque siccior, sed temperatus, neque glutinosior neque tenuior, sed qui facilè concoctionem admittat, optimè nutriat, et bonum succum suppeditet, nec facilè corrumpatur, prauam qualitatem inducat et excrementa pauca relinquat. Cibus insalubris est ille, qui facilè putrescit, et prauum generat succum.

Datur etiam cibus firmus et infirmus, primus, qui multum suppeditat Alimentum, sed magno indiget calore, ut concoquatur, et optimè exempli:

ficat Gal: lib: de uitio et bonitate succorum
loquendo de castaneis. Infirmus est ille
qui quidem facilè concoquit, et nutrit, sed parum
alimentum suppeditat, ut sunt Alimenta, quae ex
herbis dessumuntur.

Quoad quantitatem cibi, tantum cibi ingerendum,
quantum dissipatae corporis substa resarciendae
sint satis, quocirca, qui calido abondant innato,
ut pueri, qui etiam ut plurimum exercentur, multa
aliment. egent quantitate; qui uero parum ha:
bent calid. innat., et otio fruuntur minimo; Cibus
quo moderatior, et simplicior extiterit, eò
naturae erit familiarior, et si sobrietas salu:
berrima, sic cibi copia, et uarietas uentriculo
negotium facesset.

Modus cibandi erit, scilicet si cibus antequam traijs:
glutiatur accurate dentibus masticetur, ut facili:
us concoquatur in uentriculo. In his assumentis
seruetur ordo, nimirum liquid. solidis, leues gra:
uibus, lubricantes astringentibus praemittantur.
Tempus assument. cibum est hora consueta,
p.º iam confecto, et in aluum demisso; praegres:
sa exercitatione, et iam illiciente appetitu,
ut natura, quae statis temporibus suas obit
functiones, illius concoctioni alacrius incom
bat.

De Potu.

Potus est humida substa, quae restaurat
id, quod in dies absumitur, et sitis natdis

sedat defferendo omnes meatus corporis humidum, ut in ventriculo cibus misceat, concoquat, et fundat.

Varia sunt genera potuum, Aqua nimirum, Vinum, Cerevisia, Mulsam, inter quae reponitur etiam Cocolates, Caffé, The, et Spiritus vini, et quidam liquores etiam ex pyris et pomis desumpti, nec non cerasis. Qualis autem ex his sit melior ad bonam valetudinem tuendam vinum primum tenet locum, et ideo cum plurimum in usum ducatur, eius qualitates et differentiae veniunt explicandae.

Quoad eius temperamentum vim habet calefacientem et exsiccantem, facile nutrit, et sanguinem auget; humidum etiam dici potest, licet habeat vim calefacientem et exsiccantem in diversis gradibus, nam aliud calefacit in 1º aliud in 2º et aliud in 3º, et hoc praestat non solum secundum aetatem, sed secundum sui naturam, nam aliud est vinum oligophorum, aliud est vinum vinosum; primum est illud, quod parvam sustinet aquam, 2um quod multam.

Differentiae vinorum dessumuntur à sapore, ab odore, à colore, et substantia. A sapore, alia enim sunt vina dulcia palato et visceribus gratissima, et optime nutriunt, tamen quia crassiora sunt obstructiones in Hepate, et liene facile pariunt, hypocondria inflant, et in bilem commutantur. Vina alia sunt Austera, et diutius in venis immorantur, nec facile permeniunt ad renes;

pectoris affectibus sunt incommoda, ventriculo nocent, unde optima illa censentur, quæ nec plenè dulcia, nec plenè austera sunt, quæ à vulgo dicuntur abbocata.

Ab odore cognoscitur vini affectio, nam si fragrans est spiritus auget, excitarat, facultates roborat, et senibus valdè existit, nisi tamen caput repleat, et nervos feriat; quæ odorem habent pravum noxia sunt. Vina alia sunt nigra, alia sunt alba, alia rubra, alia media, vina alba minus calefaciunt, præcipuè verò si sint tenuis substantiæ, nam vina Malvatica, etiam si alba multum calefaciunt. Vina nigra sunt crassioris substantiæ, et sæpè dulcia, sanguinem gignunt crassum, licet nutriant obstructiones pariunt, et caput vaporibus replent.

Vina media inter album et rubeum minus calida sunt, et per consequens minus caput gravant; Tenuitas in vino reperitur in primis aquoso, mox fulvo; crassities autem nigro, rubro, et dulci; tenuuia facilè penetrant, aperiunt, sudores, et urinam movent, licet paucioris sint alimenti; è contrà crassa plurimum nutriunt, diutius intrò immorantur calefaciunt, et exsiccant, et sæpè obstructiones pariunt.

Variæ differentiæ etiam desumptæ ab ætate, alia enim sunt vina nova, alia vetusta, alia media; vinum novum dicitur mustum, adhuc habet dulcedinem, excrementosum est, fluctuationes

in ventre parit, nec facile comeat; vetusta nimium feriunt nervos, caput tentant; quae media sunt etate salubriora sunt; quia vero non solum communiter potu usurpatur vinum, sed etiam loco potionis adhibetur aqua, hinc et de ipsa sermo venit intentandus.

Aqua frigida est et humida; unde illa censetur optima, quae levissima, limpidissima est, et caret ab omni odore, nec sapore. Advertendo tamen, quod circa de levitate non solum attenditur pondus, sed etiam, quae facile alteretur.

Cerevisia est illa potionis species Aquilonaribus regionibus propria, et fit ex aqua, ordeo, et lupulo bene confecto, neque potus est ingratus, dummodo sit clarus, tenuis, non recens, nec nimium vetustus.

Modus bibendi is esse debet, ut copiosior non sit in parte, quia cibi fluctuationem in ventriculo parit, neque parcior laudatur, quia non extinguit sitim. Si frequentius bibatur impeditur cibi concoctio, unde moderatior esse debet, et cibo corespondere; Omnis autem potio, sive vini, sive Aquae, sive cerevisiae intense frigidior debet evitari, precipue ab iis, qui viscera habent infecta, aliter ad estivos ardores mitigandos conceditur. De tempore potus in Mensa est quando fames edendi necessitatem ~~[illegible]~~ arguit, sic a cibo sitis auget, et potus est necessarius ad deffectum supplendum humiditatis, et ad diluendum chilum in ventriculo; verum ante pastum, et statim a parte, nec non a balneo, et dum sudor effunditur abstinere oportet.

Datur etiam Cocolates, qui licet non sit potus, qui inserviat ad Mensam, nihilominus etiam sub hoc genere cadit. Fuit inventus à Gaspare Bivaro ad usum Filippi 4.i Hispaniarum regis; componitur autem ex sacharo, chachao, Cinamomo, et Vanillis moderatis; hic enim restaurat vires, spiritus auget, facultates naturales roborat, et commodior est ijs, qui ventriculum habent debilem, nec non etiam senibus; dummodo tamen eius usus sit moderatus, unde ad prohibendum calorem, qui possit inducere, potio aquae usque ad ciathum praemittitur.

Caffè est potio vulgaria Turcharum, nam apud nobiles utuntur potionibus qui vulgo dicuntur Sorbetti; haec potio valde familiaris est etiam nostris regionibus; cum virtutem habeat ventriculum roborandi, humidum superfluum absumendi, et humorum serosorum redondantiam tollendi; si post cenam assumatur prohibet somnum, ut Maiorem de hoc habeatis notitiam legite proprium tractatum.

Thé vocatur etiam ambrosia Asiatica, et plures habet virtutes in Medicina, nimirum utitur in Kachexis, in fluxu Epatico, in ventriculi imbecillitate, et similibus et si post cenam assumatur somnum prohibet, hac differentia, quod capphè inducit aliquam capitis imbecillitatem, quod non praestat Thè.

Spiritus vini licet nostris temporibus potius laedat, quam bonos inducat effectus, non est ratione sui, sed abusus, quia moderate sumptus plura praestat commoda, spiritus recreando, et cruditates tollendo.

De Somno et Vigilia.

Iam quid sit somnus et quid vigilia hactenus explicavimus, nunc est, ut de ijs aliqua proponamus tanquam quid conservans, vel destruens sanitatem hoc est tanquam causae salubres, vel insalubres; quoniam ad corporis salubritatem inducendam, somnus moderatus et placidus esse debet; nam tunc spiritus laboribus diurnis dissipati instaurantur; calor ad intra revocatur ad concoctiones feliciter efficiendas, ad viscera humectanda, et ad corpus validum reddendum. Iuvat etiam ad supprimendas immoderatas evacuationes, praeter sudores. Omnibus est utilis, sed praecipue senibus; Insalubris est, qui turbulentis agitatur insomnijs, qui adeo levis est, ut statim suscitetur, ac interrumpatur. Peior immodicus, siquidem excrementa opportune non expellunt, crudi humores gignuntur, capitis gravitates mentis torpores, et sensus hebetudines, tantum expedit dormire, donec concoctio alimentorum sit facta, et indifferenter se habet concoctio pro diversitate subiectorum; Alij enim spatio sex horarum, alij septem, alij octo circonscribitur. Ad durationem somni debet concurrere temperamentum, etas, et labor antecedens; somnus longior convenit biliosis magis, quam pituitosis ijs, quibus liberalior, quam quibus frugalior fuit cena; forma decubitus sit a dextro ad sinistrum latus; supinus damnatur, et pronus, maxime qui oculorum fluxione laborat. Tempus

conuenientissimus est nocturnus, licet, uel duabus horis á cæna.

Vigiliæ salubres sunt si moderatæ, nam spiritus, et sensus excitant, calorem in omnes corporis partes distribuunt, excrementorum expulsionem commouent. Immoderatæ écontrà spiritus animales absumunt, dissipant, et uniuersum corpus præcipuè cerebrum exsiccant, bilem augent, acuunt, et inflammant, et tandem dissipato calore morbos inducunt frigidos; unde concludendum cum Hippocrate, quod somnus et uigilia si utroq: modo excesserit malum.

De Inanitione, et Repletione,

Siué de Excretis et Retentis.

Ad corporis humani conseruationem, et ad reparationem substantiæ, quæ in dies deperditur, Alimentum debetur, ex quo cum indies excrementa producantur, quæ nisi effectus insalubres inducere possunt, sicuti si tempestiué et moderaté excernantur, quæ nisi salubres efficiunt effectus, nam si cohibeantur uel moram in corpore diutius trahant, putrescunt uariaq: morborum genera inuehunt, quamobrem artis præsidio ea euacuanda sunt ad tuendam ualetudinem, utilia enim corpori alendo necessaria debent retineri, inutilia ueró debent excerni; aliter corpus á statu natiui dilabitur; ideó alui excrementa nisi debito tempore euacuentur, concoctionem impediunt, dum ex ijs uapores putridi ad uentriculum, et partes

vicinas exalant, caput lædunt, colicos dolores, et alia mala excitant.

Larga nimis alui deiectio, sæpe quidem nihil nocet, quia praua sunt per hanc partes natura sponte expellit, si tamen frequentius, et diutius perseueret, corpus defraudat alimento, uires prosternunt, et intestina debilitant.

Ita urina, si debito tempore excernat corpori utilitatem affert, si verò citius iusto excernat, atque diutius detineatur, non parum affert damni, quoniam uesica grauatur, et multoties adeò repletur, ut posteà urina nequeat exire, quò circò inflammatio uesicæ succedit, et aliquando mors; quot syrenes serum non alvaxerunt, cum sit proprium eorum officium, mixtum cum sanguine manet, et praua inducit symptomata.

Neque tamen euacuatio ex arte temere uenit adhibenda, nam sani difficultè sustinent medicamenta ex Hipp: verum hæc doctrina limitanda est, nam si de bene ualentibus loquatur, quæ debitam uictus seruant rationem, et moderatum regimen in sex rebus non naturalibus, et per consequens excernunt, quæ sunt excernenda, nullo alio præsidio sunt intentandi; sed qui legitimam uictus rationem non seruant, uel propter intemperantiam fiunt excrementosi, quamuis adhuc sanitate fruantur, tutè esse nequeunt, nisi per intervalla expurgentur, non minus Flebotomia, quam alijs opportunis præsidijs.

Quoad quantitatem euacuationis uirium ratio est semper habenda, quam quælibet euacuatio peri:

culpa, si modum excesserit. ~
Quoad modum evacuationis is ordo venit servandus, nimirum, si plurima redondet materia, melius est, quod p epicrasim, hoc est paulatim tollatur quam affatim, et totaliter; nam tutius est bis, aut ter sanguinem mittere, quam largam sanguinis copiam semel extrahere, sicuti etiam purgatio potius paulatim est instituenda, quam vehementer, ne nimia fiat spirituum dissipatio, et viribus prostratis cogatur natura succombere, sudores, urinas, Menstrua, Medicamentis potius blandioribus, quam unico vehementiori prestat cière; Sic venus legitima, et tempestiua salubris, immoderata et frequens perniciosa, et hæc est regula in omnibus evacuationibus observanda. ~
Quoad tempus opportunum mollienda evacuationis, p sanguinis missionem est Ver, quoad humorum expurgationem Autumnus; Excrementa tamen, quæ sua qualitate sunt noxia, ut feces, urina, sudor, Mucus, Sputum quotidie sunt evacuanda, sed quæ quantitate tantum peccant, ut Menstrua, et Semen, retinenda quidem sunt, quousq: sua copia incipiant molestare; ubi tamen menstruata defficiant, sunt arte prouocanda eo tempore, quo fluere ante consueuerant, ut quodammodo imitemur motum Naturæ; Animaduertendo tamen, quod nunquam sunt prouocanda in mulieribus grauidis, nutricibus, vetulis, ac nimium iunioribus. ~

De Motu et Quiete. ~

Ad salutem conservandam requiruntur motus, et quies, unde qualis esse debeat exercitatio, ne nil considerandum, nam nec levior, nec vehementior nec tardior, sed mediocris sit, et iuxta disposi tionem subiectorum variatur, pituitosis enim amplius, biliosis verò minus, et quod potius animum oblectet, quam ut corpus deffatiget; quam diu exercitatio est subeunda, quousq: corpus in: calescat, citra tamen sudorem; respiratio sit facilis, et ubi aliquid horum fuerit immutatum illico desistendum, ne corpus diuturniori exerci tio gracilius evadat; quo quis liberaliori utitur victu, maiori eget exercitio, quo frugaliori, eo minori; fieri autem debet initio lento motu, deinde gradatim crescere, ut tandem iterum lenior reddatur; sub nomine motus comprehenduntur etiam labores cuiusq: generis, ut saltus, pilę ludus gestatio, vectio, equitatio, navigatio, frictio, et similia; iuxta diversitatem exercitij diversa quoq: observantur accidentia, nam vehemens, et magnus corpus attenuat; tardus carnem auget, vehemens corpus gracile reddit; quoniam nimirum motus corporis substantiam, et spiritus exhaurit, ligamenta et nervos dissolvit, laxat, et aliquan: dò minores venulas rumpit; non omne autem tem pus est aptum ad exercitium, sed illud, quod fit ventriculo ieiuno, nam statim à cibo plurimum nocet, agitando cibum in ventriculo cruditates adaugendo, ex quibus morbi posteà suscitantur; si fieri possit post ventris solu:


tonas, et urinæ melior est, ne per motum intra venas vagiantur.

Quies salubris est, quando corpus fuerit defati:gatum iuxta illud Ovidij, quod caret alterna requie durabile non est, hæc quidem recreat vires, languida sublevat membra, et animum curis sollecitatum relaxat, verum ut sit salubris debet esse mediocris, nam immodica cruditates parit, corporis vigorem obtundit, et sicuti calor nativus per exercitium adaugetur, concoctio fit expeditior; ita per otium extinguitur, et ciborum concoctio impeditur.

De Animi Affectibus Siue Patematibus.

Animæ patemata, siue affectus, dubium non est maximam habere vim in conservanda sanitate, nam cum animum exagitent, et corpus alte:rent insalubres producunt effectus; sunt autem in multiplici discrimine, nam alia consistunt in ardenti animi voluntate propter honoris gradum, et dicitur ambitio, alia in inquieta animi exagitatione, et dicitur avaritia, alia in exitiali animi passione, et dicitur invidia, alia in animi vesania, et appellatur amor, alia in sanguinis ebullitione, et denominatur ira, alia in animi lętitia, et appellatur gaudium, alia in anxietate animi, et nuncupatur timor, ultima in animi mœrore, et dicitur tristitia; Horum ali

qua dicunt salubria et bona sunt obti, et sunt que spectant ad letitiam, et ad cupiditatem, sed si sint immoderata sunt exitialia, nam gaudium nimium spiritus dissipat, et diffundit, et pre immodico gaudio multi pusillanimes expiraverunt; reliqua omnia sunt insalubria, nam pre merore plures repente sunt mortui, quare cum tanta sit perturbationum animi uis, debet a medico omni arte corrigi et auceri; et hec sufficiant pro tractatione rerum non naturalium.



De Tertia Medicinæ Parte, Scilicet de rebus præter Naturam, Quæ Patologia dicitur.

Absoluta 1.a et 2.a Medicinæ parte, deveniendum est ad illam, quæ de rebus præter naturam tractat, et dicitur Patologia, unde ex Gal: de diff.s symptomatum cap: 1.o, et ex communi Medicorum sententia tres assignantur, morbus nimirum, morbi causa, et symptoma.

Quid sit Morbus.

Morbus contrariatur sanitati, ideo necesse est, ut quid, et quotuplex sit sanitas cognoscamus, sanitas igitur ex Gal: 1.o de sanitate tuenda cap: 2.o definitur, quod sit potentia corporis humani dependens a naturali constitutione omnium partium suas exercendi operationes, quæ secundum naturam sunt, vel est naturalis affectio actiones efficiens, tunc enim arbitrantur homines sanitate frui, quando perfecte actiones naturales vitales, et Animales obeunt.

Sanitas duplex est, una partium similarium, altera instrumentalium. Similarium partium sanitas consistit in optima temperie. Instrumentalium vero in debita partium figura, magnitudine, numero, et compositione, hoc posito

facilius cognoscemus, quid sit Morbus, et quotu:
plex.
Morbus itaq: ex Gal: lib: de diff.s Morborum cap:
2.o deffinitur, quod sit affectus præter naturam p.o
et p se actiones lædens, unde quotiescumq:
aliquæ ex istis impediunt, statim dicimus ho:
mines aliquo morbo detineri. Dicitur p.o lædere
operationes ad differentiam causæ morbificæ, quæ
et ipsa est affectus præter naturam lædens operatio
nes, non tamen p.o et immediate, sed mediante
morbo.
Obijciunt aliqui contra hanc deffinitionem dicendo
quod in morbo non læditur actio, quin prius non læ:
datur facultas, unde licet arguere, quod actio p.o
non lædatur á morbo. Verum facilis est responsio
si dicamus Medicum existimare omnia, et sensu
indicare, unde facultatem læsam esse non percipimus
nisi per actionem læsam.

De differentijs Morborum.

Triplex est Morbi genus, similare nimirum
dissimilare, et commune, scilicet intempe:
ries, Mala compositio, et soluta unitas. Intem:
peries est illa, quæ partis similaris actionem p.o
lædit, et hæc vel est simplex, vel composita.
Simplex est secundum quatuor qualitates sim:
plices, calida, frigida humida et sicca, compo:
sita secundum excessum duarum qualitatum, scilicet
in calida et humida, calida et sicca, frigida
et humida, frigida et sicca; unde una dicitur

nuda et sine Materia, altera cum præsentia Materiæ.
Morbus partium dissimilarium, quas Medici compositionis vocant est structuræ vitium, quod p.º Instrumenti usum pervertit, et 4plicitis lædit, nimirum in Conformatione, in Magnitudine, in Num.º et Situ.
Conformatio partium ex Gal: triplicitis vitiatur, vel in figura, vel in superficie, vel in canalibus; Figura partium tunc vitiatur, quando debitam, et naturæ figuram non servant partes, v.g. si ex fracturis ossium male fuerit conformata aliqua pars; et hæc vitia vel sunt nativa, vel adventitia; Nativa, ut cum figura in utero Matris depravatur; Adventitia quando aliam acquirunt figuram post editionem in lucem.
Superficies tunc læditur, quando illa pars, quæ deberet esse levis fit aspera, et quæ aspera levis, ut v.g. quando tunica, quæ est intra vasa urinaria, quæ levis esse debet fiat aspera, et quando intima ventriculi tunica, quæ debet aspera fiat omnino levis.
Canales, seu Cavitates offenduntur, vel quando sunt nimis angusti, vel nimis dilatati; p.º modo quinque sunt diff.æ, nimirum Obstructione, Constipatione, Compressione, Coalescentia, et Subsidentia. Obstructio succedit quando humores in vasis vel nimis copiosi, vel nimis crassi existunt et viscidi, ita ut dicantur fieri non minus secundum quantitatem, quam qualitatem.

Constipatio differt ab obstructione, cum fiat non ratione humorum, sed alterius materiæ, ut cum calculus constipando collum vesicæ impedit transitum urinæ.

Compressio est, quando aliquod membrum ob tumorem redditur maius, et aliquam comprimit partem vicinam, ut contingit in uteri inflammatione, et vesicæ, nam unumquodque horum membrorum in maiorem molem productum comprimit intestinum rectum, et illud angustat, ut fæces nequeant expelli.

Coalescentia dicitur quando aliquis canalis propter ulceris, aut vulneris cicatricem simul cum alio vase connectitur.

Subsidentia vero fit, cum aliquis canalis comprimitur v.g. cerebri ventriculus, vel propter nimiam siccitatem, vel ad evitandum aliquid venenatum in se contrahitur et astringitur.

Morbi in canalibus secundum dilatationem 4or modis læduntur, scilicet per anastomasim per diapedesim, per dieresim, et diapyrosim hoc est per dilatationem per transudationem, per errosionem, et per diruptionem.

De Morbis in Numero.

Tunc vitiatur numerus et talis fit morbus quando vel partes superabundant, vel deficiunt, superabundantia enim succedit vel secundum naturam, vel præter naturam. primo modo ut si alicui adnascatur geminus nasus, vel

6.us digitus. 2.o modo quando lombrici apparent, vel lapis in vesica continetur, aut alia huiusmodi. Secundum defficientiam Morbus in num.o deducitur, vel quando partes ex toto sunt recisæ, vel saltim per medium sectæ, quod totum conformat, vel in utero Matris, vel post editionem in lucem.~

De Morbis In Magnitudine.

Magnitudo vitiata vel est aucta, vel dimminuta, et hæc vel in toto, vel in aliqua tantum parte datur. Magnitudo aucta in toto est quando corpus aliquod ad tantam Molem peruenit, ut lædantur operationes. Magnitudo verò aucta in corporis parte fit, dum partes sibi dimensiones excedit, vel ab ijsdem recedit, ut clarè apparet in Bolijs et in gibbis.~
Morbi autem in Magnitudine dimminuta eandem seruant rationem, nimirum secundum totum, et secundum partem: secundum totum apparet in Atrophia laborantibus; secundum partem, cum viget deffectus linguæ, nasi, digiti, vel testium, vel alterius partis paruitas, quæ quidem 2.citer contingit, vel in ipsa generatione, vel post; in 1.a ex deffectu Materiæ seminalis, in 2.a ex defectu Alimenti, vel ablatione substantiæ partis. Verum quia Morbi in num.o multoties cum Morbis in Magnitudine coniunguntur, ideò ipse inuicem hoc pacto sunt disquirendi; Si in tegra pars defficit, aut abondat, Morbus

proprie in Num.° vocat; si vero alicuius par
tis tantum particula defficiat, aut eius Ma:
gnitudo preter Modum aucta sit, tunc dicitur Mor:
bus in Magnitudine.

De Morbis in Situ.

Morbi in situ sunt, quando partes, quæ simul
debent cohærere à proprijs sedibus recedunt
ut videmus in Ernia, quando Intestinum, vel
omentum descendit in Scrotum, vel quando Uteri
vel ani fit Procidentia.
Morbus in situ etiam succedit, quando partes,
quæ simul debent cohærere, non cohærent, ut
in luxationibus, nam tunc ossium connexio pervertitur, vel quando, quæ cohærere non debent
simul cohærent, ut v. g. palpebræ oculorum
et Labia, quæ naturaliter debent esse disiuncta.

De Morbis in Solutione Continui.

Morbi solutionis continui differentiæ desumuntur à
causa, et à Subiecto. et fit cum partes quæ
unum et continuum esse debent, dividuntur, et conti:
nuitatem amittunt.
Causæ Continuum solventes sunt quatuor, scilicet, quæ
tenuuia sunt, et ad secandum idonea; 2.a
quæ acria et ardentia sunt; 3.a quæ gravia, dura
et contusa; 4.a quæ rumpentia et divellentia.
Quæ à tenuibus, et secantibus fit solutio continui
appellatur Sectio, et sub hac comprehenduntur omnes

solutiones continui, quæ fiunt á Causis externis inciden:tibus, sive punctim, sive cæsim in quavis Corporis parte; Alia, quæ ab acribus, et erodentibus solutio conti:nui fit, erosio nuncupatur, et succedit dupliciter, sci:licet á causis internis, et externis; 1º modo á succis acribus, vel mordentibus nec non ab accido corrosivo, seu rabido ulcera efficientibus; 2º modo á rebus amotis, vel acte excurrentibus, ut ferro, igne candenti, et Medicamentis. Solutio continui, quæ fit á rebus gravibus, et du:ris contusio appellatur, quæ ut plurimum non est manifesta, sed occulta; In ea enim par:tes collidunt, et violenter comprimuntur; ex qua compressione oritur solutio continui; quæ á rumpentibus, et divellentibus fit solutio, ruptio, seu divulsio nuncupatur, et hæc contingit sæpissime in tortura vel ex nimio conatu, quando vito:rem disrumpit, et hernia efficit; Potest etiam evenire á nimia plenitudine venarum, unde disruptis tunicis copiosæ sequuntur emoragiæ. —
Ratione subiecti variæ sunt differentiæ solutionis continui, et varia illius nomina adscribuntur; quoniam in carne facta incisio appellatur vulnus, erosio, ulcus; In osse facta incisio transversa, fractura, recta fissura dicitur; erosio vero caries appellatur; In nervis, Arterijs, venis punctura dicitur. Flambessarius solutiones continui quadruplices facit, scilicet vulnus, ulcus, fractura, et luxatio; Licet Sener:tus, et Riverius omittant omnia genera tumorum, cum sint morbi non minus in Intemperie, quam in

mata compositione, et solutione continui; Nos tamen ipsos etiam adimus, ut clarior habeatur cognitio differentiarum solutionis continui.

Dicuntur autem tumores saepe saepius absessus, qui modo sub generali, modo sub specifica significatione cadunt; Absessus enim nomine generaliter sumitur pro omni praeternaturam tumore, particulariter vero pro flegmone, erisipellate, a suppuratione tendente; Aliquando etiam pro tumore, in quo materia quaedam extranea continetur mellis, pultis, aut sevo similis, et graece nuncupatur Melicerides, Steatomata, Atheromata.

Tumor itaque praeternaturam se habet simpliciter ut flegmon, erisipellas, Oedema, et Scirrus; Flegmon est tumor praeter naturam a sanguine ortus partem distendens cum calore, rubore et dolore; Erisipellas, est inflammatio valde ardens circa cutim consistens, et nunquam, et subiectae carnis aliquid occupans a bilioso, et fervido sanguine originem trahens longe lateque partem occupans; Oedema, est tumor frigidus, laxus, mollis et albicans doloris expers, vestigium relinquens, compresso digito ab humore pituitoso originem habens.

Scirrus est tumor praeternaturam durus doloris expers, aut saltem exigui, ab humore melancolico genitus.

De Causis Morborum

In genere.

Cum ad perfectam verum cognitionem necessarium sit causas praenoscere, cum habeamus ex Philosopho, quod scire, sit per causas cognoscere: ideo morborum cognita essentia, ac eorundem diff.is superest modo, ut ad causas accedamus, quae cum aliae sint genericae, aliae specificae, a prioribus incipiemus.

Morbi causa est affectus praeternaturam, quae morbum facit; Quatuor sunt causarum genera iuxta philosophum; Medicus vero agens de morborum causis, unicam tantum constituit, nempe efficientem, quapropter dicimus varias esse morbificas causas, nimirum alia interna, alia externa; Interna, quae intra corpus consistit; externa vero, quae extrinsece accidit, et quocumque modo morbum facit. Interna autem duplex constituitur, antecedens scilicet, et continens, hoc est fovens et coniuncta; antecedens autem est illa, quae morbum fovet, v.g. humor aliquis vitiosus, qui in corpore latens nondum quidem morbum producit, generare tamen potest. Haec dupliciter iterum considerari, vel a plethoria, vel a cacochymia dependet. Plethoria nihil aliud est, quam solius sanguinis redundantia aut omnium humorum aequaliter auctorum. Cacochymia e contra nil aliud est, quam excessus bilis, pituitae, humoris melancolici, vel seri. Plethoria distinguitur in eam, quae est ad vasa, et ad vires; ita subdividitur, nam vel est levis, cum venarum cavitatem tantum repleat, ac fine mediocritatem servet, aut est tensiva, cum prae copia vasorum

tunicas distendat, ac ipsé divellat; Quoad vires verò est illa, in qua tametsi sanguis nec qualitate, nec copia simetriam excedat, vires tamen quavis aliâ de causa reddit imbecilles; In hoc autem disquirit Plethora quoad vasa et ad vires; nam in Plethora, cum corpus ingrauescit, et vires omnes equales existunt, sola dicitur vasorum plenitudo; verum si corpus et Articuli ingrauescant, Motus evadat pigrior, Somnus grauior, et profundior, interturbatus, et insomnia laborans se grauiter premi, aut onus gestare sentiat, virium hæc est grauis plenitudo.~

Signa, quæ habitum Plethoricum ostendunt, Alia sunt antecedentia, alia consequentia; Pa. sunt causæ sanguinis abondantiam generantes, quales sunt Temperamentum calidum et humidum, Ætas florens, tempus vernale, Victus liberalior, ac consueta sanguinis evacuatio suppressa.; Signa consequentia, quæ copiosum sanguinem demonstrant in corpore dominari, sunt color faciei rubicondus, tumor venarum, tensio vasorum, habitus carnosus, Animi Mores Hilares, pulsus magnus, fortis, et plenus, sanguinis impsta reiectio capitis grauitas, Somnus profundus, respiratio difficilior.

Chachochimia quoq: triplicem disquirit, Nimirum in biliosam, pituitosam, et Melancolicam; Alij super addunt serosam; Biliosa recognoscitur ex temperamento calido, et sicco, habitu graciliori, ex ætate iuuenili; à Regione calida, et sicca;

a tempore æstivo; et a victu calido et sicco præg
ressa.

Signa consequentia sunt color pallidus, flavus ac citrinus, habitus siccus, macer, gracilis, livi:
sulus, pilus flavus, tactu calor acer, et mordax, sensus acuti, veloces, expediti, inquieti, vigilantes, pulsus frequentes, veloces, oris amaritudo, sitis, vomitus, ac deiectio biliosa, alvus sicca, urina flava &

Melancolica chachochimia cognoscitur ex causis melancoliam in corpore aggregantibus, quæ sunt temperamentum frigidum et siccum cum imbecillitate lienis, ætas virilis, tempus autumnale, victus crassior, vitæ conditio tristis, consequentia signa sunt color faciei fuscus, nigricans, aspectus horridus, mæstus, corporis habitus macilentus, siccus, pulsus parvus, tardus, et rarus; somnus turbatus, in actionibus lentus &

Pituitosa chachomia dignoscitur á causis pituitæ aggregationem facientibus, ut est temperamentum fri:
gidum et humidum, ætas senilis, tempus hybernum, regio humida, victus plenior intempestive assum:
ptus, aquæ potus largior, vita sedentaria, et som:
nus longior.

Signa consequentia sunt, color faciei albicans, plom:
beus, lividus, facies tumida, totum corpus molle obe:
sum, venæ, et arteriæ angustæ, motus tarditas, sensus obtusi, somnus profundus, insomnia plena submersionis, pluviæ & pilus albus, pulsus par
vus rarus et mollis, tarda concoctio, ructus

acidi et similia.~
Visa causa antecedente ad coniunctam accedimus et deffinitur quod sit illa, quae proxime morbum facit; a Gal. tamen aliter deffinitur, nimirum, quod sit illa qua praesente adest morbus, et qua sublata tollitur, si tamen haec sola reperiatur; nam si adhuc vigeat causa antecedens, quae est Pletora, aut Cacochimia, utique sublata coniuncta alia requiruntur praesidia ad totalem Morbi resolutionem.~
Causa externa appellatur etiam causa procatartica, seu evidens, seu praeincipiens, commune et idem sonant, et sunt res omnes non naturales indebite et immoderate adhibitae.~
Dantur aliae divisiones causarum, nam aliae dicuntur proximae, aliae remotae, aliae mediatae, aliae immediatae, aliae per se aliae per accidens, aliae communes, aliae propriae, aliae positivae, aliae privativae, Aliae idiopaticae, aliae Sympaticae, hoc est aliae per essentiam, aliae per consensum, de quibus legite seneurtum.~

De Causis Morborum In Intemperie Cum Materia, et sine Materia.~

Hactenus morborum in genere causas explicavimus, nunc ad eas, quae in specie sunt accedimus.~
Intemperies calida recognoscit scilicet causas motus animi, et Corporis, 1º qui calorem inducit nimia agitatione spirituum, et humorum;

2º ~~Aerectoriam~~ est pulvedo, quia in pulvedine Calor internus ab externo revocatus, et ad exteriora tendens fit sensibilior; 3º Res calidae Corpus tangentes, quia imprimunt suetam qualitatem, quam habent; 4º Constipatio Corporis, et calida retentio effluvii; 5º Immixtio rei calidae, seu res calidae in Corpus assumptae, ut Cibus, potus, et Medicinae Calidae.

Intemperies frigida recognoscit ex primis causas a plurimis, scilicet refrigerantium propinquitas ciborum, et potus quantitas, stipatio, et rarefactio, Motus immodicus, ac otium, quae omnia redigi possunt in quatuor Classes, hoc est quae alterando ex prima ui refrigerant, et sunt omnes res frigidae extra Corpus incidentes, et applicitae, sive intus assumptae; Aliae sunt quae innatum calorem suffocant prohibendo eiusdem euentilationem, et fuliginosorum excrementorum transpirationem. Alia quae calorem nimia Copia obruunt, alia tandem, quae refrigerant calorem dissipando, ut Motus Animi, et Corporis nimius, constitutio aeris calida, Cibi inopia, uel nimia Sanguinis euacuatio unde patet causas intemperiei calidae, si nimium excedant, fieri frigidas, dissipando, suffocando, et extinguendo.

Humida intemperies causas recognoscit a uicinitate humidorum et a praesentia eorum, quae Corporis transpirationem impediunt.

Sicca Intemperies recognoscit causas a nimia alteratione exsiccantium, a nimia resolutione, et

à quantitate Alimenti.

Compositæ autem Intemperies compositas habent causas, et si Causæ simplicium Intemperierum coniungantur, compositas habent intemperies.

quoad Intemperies cum Materia scire licet quælibet humorem suis qualitatibus esse præditum, quæ utique imprimuntur partibus in quibus resident, v.g. Bilis, quæ calida est, et sicca caliditatem, et siccitatem imprimit, et sic de alijs humoribus iuxtà diversitatem qualitatum.

Humores isti vel fiunt in partes per Collectionem, et dicitur Metastesis, vel per effluxionem, et dicitur Epigenesis; Metastesis, sive collectio dupliciter contingit, vel vitio partis laborantis, vel vitio Alimenti; 1º modo accidit ob debilitatem facultatis concoctricis, quæ imperfectè Alimentum elaborat, unde ex eo plura producuntur excrementa, adeò ut facultas expultrix nequeat ea expellere, vel etiam si sint pauca ob eiusdem imbecillitatem, vel forsan ob aliquem Morbum in Conformatione impedit expulsionem. 2º modo fit congestio Materiæ, quando Alimentum est vitiosum non minus in quantitate, quam in qualitate, ut facultas expultrix non valeat expellere.

Materia, quæ colligitur in parte per effluxionem sive per Epigenesim duobus modis contingit scilicet attractione, et transmissione; Attractio enim tribus de causis fit, ob dolorem,

ob calorem, et vacuum: transmissio pariter triplicis succedit, vel quia humores in venis ab aucto impetu moventur, et in aliquas partes iuxta vasorum rectitudines irruunt, vel quando partes, quae expultrices habent validas, irritatae nimia copia quasi qualitate humorum se se exonerant, et id quod molestum est alio expellunt. Ad hoc autem efficiendum non solum requiritur universum genus venosum, quod transmittat, sed ipsa pars quae ad recipiendum sit idonea, et disposita.

De Causis Morborum In Mala Compositione, et in P.is De iis, quae spectant ad Conformationem

Morbos in conformatione iam diximus triplicit succedere, vel ob figuram vitiatam vel secondum variatam superficiem, vel ob deffectum cavitatum.

Causę morborum in figura succedunt vel per se, vel per accidens; 1.o modo quando vitiatur figura in utero ob facultatis formatricis errorem; Secondo autem modo ob aliquem motum violentum, sive ob errores obstetricum Medicum, et Chirurgicorum. Vitium per accidens in figura succedit, cum in aliam partem vergit membrum ob resolutionem nervorum, ob dissectionem nervi et tendinum, ob convulsionem, Flegmonem aut Scirrum; Morborum in superficie causę sunt, quę illam asperam, vel lenem reddunt, asperam enim faciunt acria, et erodentia siccantia sive sint humores sive Medicamenta tali qualitate predita, Sic etiam vapores acres venti, fumi, etc. Lenem reddunt causę contrarię.

Morborum autem in cavitate cum duplices sint eorum causę, nempe quę respiciunt dilatationem, et quę angustiam, de dilatatione p.o disseremus. Hęc pluribus fit de causis, 1.o a copia vel humorum qualitate facultatem expultricem stimulante, adeo ut vasorum orificia adaperiat, et dicitur Anastomasis; 2.o modo a Medicamentis aliisq. rebus, quę vim habeant orificia vasorum laxandi, et dicitur diapedesim, hoc est transudatio; 3.o fit a causa vel erodente, vel incidente,

ut sunt humores acres, aut acria Med.ta et Dierosis nuncupata; 4.o a distensione, ut sunt humores copiosi, Motus uehementes, pondera grauia, Clamores &c., et Diarrosis appellatur. Morborum autem causae in cauitatibus ex angustia cum quinque sint earundem Morbi, ita quinque etiam assignantur causae. Causa obstructionis contingit 2pliciter, uel rone quantitatis uel qualitatis humorum; rone qualitatis sunt humores crassi, aut uiscidi, quibus addi possunt grumositates sanguinis, feces durae, calculus, et uermes: rone quantitatis est humorum copia cuiuscumque naturae. Causa constipationis fit a carne ipsi meatui innata, aut tumore in ipso meatu genito quibus clauditur meatus. Compressio fit quando comprimitur spatium cauitatis ab aliqua parte praeter naturam aucta, uel ob tumorem, et inter causas externas uincula, contusiones, ictus &c. Causa coalescentiae fit, cum post uulnus, aut ulcus parietes alicuius meatus simul aglutinantur. Causa subsidentiae fit dum parietes meatus nimia humiditate laxantur, uel nimia siccitate costringuntur, quae constrictio potest induci etiam a Medicamentis refrigerantibus, et astringentibus.

De Causis Morborum in Magnitudine.

Causa Magnitudinis, quae praeter naturam accidit, et 2pliciter contingit, ut diximus, uel secundum partem uel secundum totum, ut aflatu in tympanite, ab

aqua, ut in Assite; uel secondum totam ob humoris diffusionem in omnem Corporis partem, et hoc accidit, uel ob humorem utilem, ut apparet in obesis, et partium incrementis uel ab inutili, et excrementitio, ut in uarijs Tumorum generibus obseruatur. Verum cum Magnitudo nomine intelligatur secondum augmentum, quam diminutionem, imminuitatis causam reducimus ad uirtutis imbecillitatem, ad inopiam Alimenti, ad sectionem, ustionem, erosionem &c.

De Causis Morborum in Numero

Causam Morbi in Numero duplicem esse constituendam indicamus, unam ratione defectus, alteram ratione superabondantiæ; quæ fit ratione deffectus, uel recognoscit originem a primordijs generationis ob errorem facultatis formatricis, uel ob deffectum materiæ Seminalis, uel ex imbecillitate facultatis Materiam athraere, retinere, et concoquere ut ualentis; si veró succedat post ortum causam recognoscit á Sectione, ustione, erosione &c.

Numeri veró abondantis causa, uel est natiua, uel Morbosa; natiua cum ex copia utilis Materiæ, et ex robore facultatis formatricis plurimum abondet, Morbosa veró si post ortum occasione alicuius uulneris, uel ulceris, id preternaturam abondet. Adduntur etiam verucæ, calculi, et similia, quæ causam desumunt a Materia uitiosa.

De Morbis in Situ.

Partes mutant situm plerumque de causis vel laxitate partium, quibus continentur, vel ob ligamentorum contractionem, vel cum vi sese suo loco mouentes; vicinitas verò et connexio ipsarum fere de causis vitiantur, vel laxitatem, vel distractionem, vel ob vulnera.

De Causis Morborum solutae Unitatis.

Cum ad causas morborum solutae unitatis reducantur illae, quae aptae sunt continuitatis partes soluere, ideò has ad quinque reducimus, nimirum ad sectionem, erosionem, contusionem, distractionem, et adustionem.

Sectio fit per ea corpora acuta, siue caesim, siue punctim vulnerantia, et haec sunt omnia armorum genera, nec non etiam spinae, morsus animalium etc.

Erosio fit à rebus acribus, et mordacibus intrinsecè, puta ab humoribus acribus, extrinsecè verò à medicamentis causticis erodentibus, et acredine praeditis.

Contusio fit à re graui, ut sunt lapides, ligna etc. quae si in partes, quae cedere possit incidant eas contundunt, si verò in duras quae in se ipsas cedere non possit, frangunt.

Distractio fit ab iis, quae partes replent, ut est copia humorum vel flatuum, quae valde exsiccant, quae partes vehementer distendunt ut saltus, conatus nimius, onus graue, et frigus immodicum.

Adustio fit per ardentia, puta res ignitas, et feruentes, et haec sunt, quae dici possunt circa omnes morbos; sed quia aliqui praeter 3. has differentias alias adducunt, ideò et nos haec pauca adducemus.

De Morbis à tota substantia, seu occultarum qualitate.

Fernelius ... de abditis rerum causis sustinet praeter intemperies ... aliud morbi genus; idest á tota substantia, et ab occulta qualitate, quapropter Senertus statuit quod quando pluribus venit, et evidentia morbi sunt ultra vires Alimentorum, necesse est, ut alias causas recognoscant, unde cum commune sit illud Axioma, contraria contrarijs curant: sequitur ut cum multa dentur remedia á tota substantia, seu occulta qualitate repugnantia, ... ipsos morbos verissimile est, nam nisi darentur frustra inventa essent remedia á tota substantia agentia. Quinam sint isti Morbi subdidit Senertus dicendo esse illos, qui ab occulta qualitate dependent, et maligna dispositione partium similarium.

De Causis Morbi á tota substantia.

Morbi totius substantiae, seu occultarum qualitatum, qui partibus similaribus insunt praeter intemperies omnes ducuntur á causis occulto modo agentibus, et tales causae vel generantur in corpore, vel extra adveniunt. Quae primo modo fiunt originem trahunt ab humoribus, et excrementis relentis maligna et venenata qualitate imbuentibus ut v.g. sanguis putrescens et alij humores pariter corrupti.

Ad causas externas pertinet Aer venenatus, et malignus, venena assumpta vel quae ictu et morsu fiunt. Aer accipit venenum vel aliunde vel in eo generatur; Aliunde accipit per exhalationes, et vapores malignos ex paludibus, ex cadaveribus, ex specubus, alijsque rebus similibus. In Aere autem generatur venenum ob eiusdem constitutionem nimis calidam humidam, frigidam, et siccam, vel ob syderum influxum; contagium est seminarium, aut potius affectus praeter naturam, qui alteri corpori á corpore ... ... communicatur. Duplex datur contagium, vel per contactum, quando corpus quod

inficit, corpus infectum proximè attingit. Vel ad distans quando corpus aliquando ab alio longè distans per medium, quod emittit seminarium id inficit. Datur differentia inter contagium, et pestem, nam pestis pendet á Maligno cæli influxu; contagium verò à terris, et malignis exhalationibus.
Venena assumpta sunt in 4.plici differentia, videlicet planta, Animalia, Mineralia, et Metalla venenata.
Venena, quæ extrà corpus adveniunt sunt Morsus Animalium venenatorum, Ictus, halitus, unguenta, et pulveres venenati.

De Symptomatibus.

Tres diximus esse res præternaturam, Morbus, Morbi causa et symptoma, quarè cum hucusq: de morbo, et eiusdem causis egerimus, superest, ut examinemus, quid sit symptoma, cum morbum sequatur velut umbra corpus.
Symptoma igitur, sivè accidens, sivè casus nihil aliud est, quam affectus præternaturam morbum insequens.
Symptomata sunt in 3.plici differentia, vel sunt Actiones læsæ, vel excreta mutata, vel qualitates. Actiones læsæ sunt in 3.plici differentia, nam vel lædunt Animales vel vitales, vel naturales.
Animales vel sunt Motrices, vel sensibiles, vel sunt principes, quæ omnes 3.bus lædi possunt, ablatè scilicet, dimminutè, et depravatè; hoc est, vel non fiunt, vel dimminutè fiunt, vel depravatè v.g. cæcitas est actio ablata, visus obscuritas depravata, cum obiecta apparent diversæ conditionis et naturæ; dimminuta quandò vix videt. Actiones naturales sunt Atractio, Retentio, Concoctio, et expulsio, quæ et ipsæ vel non fiunt, vel vix fiunt, vel depravatè fiunt v.g. quandò non fit concoctio est actio abolita, quandò producit cruditates est dimminuta quandò cibi corrumpuntur est depravata.
Vitales actiones sunt Respiratio, et Pulsificatio, quæ Actu vel

uix, uel dimminutę, uel depravatę fiunt; quod nullo modo fi:
ant, ut in alijs diximus, hoc non est asserendum, nam quousq:
uiuimus respiramus, et inspiramus, excepto in Syncope, tunc
enim fit tantum transpiratio, et non respiratio sensibilis.
Symptomata verò, quę ad excreta mutata pertinent, sive ea
quę corpore excernuntur, vel in eo prepternaturam detinentur,
3iter lędere possunt, vel substantia, vel quantitate, vel qualitate.
A tota substantia diximus lędere ~~excrementa~~ excrementum, quando
id, quod excernitur à toto genere prępternaturam, ut ut Calculus;
aut quando non id, quod excernitur, sed ipsa excretio prępternaturalis
est, ut sanguis è naribus, ex ore, vel Alui profluvio.
A quantitate dicitur symptoma in excretis mutatis lędere
cum iustus naturę modus minimè tenetur, sed vel abundantius
vel paucius profluunt, ut est excretio sudoris, et urinę, dum
immodicè evacuantur, aut cum detinentur, quę detineri de:
berent, ut Menses suppressi in mulieribus, aut Alvus astricta.
A qualitate excreta dicuntur lędere, vel secundum qualitates
primas, vel 2das; secundum primas est nimirum quando nimis calida
frigida, et sicca existunt. Secundum qualitates 2das quando nimis
crassa, uiscida, aut lenta apparent. Uitium qualitatis dicitur
etiam, cum excrementa in colore à naturalitate recedunt, ut
si nigra, livida, uiridia, aut prasinę tentia observentur.
Quoad 3um genus symptomatum, quod qualitates
mutatę dicuntur, sunt corporis affectus secundum
uisum, auditum, odoratum, gustum, et tactum. Affectus
autem uisibiles sunt colores prępternaturam in corpore
existentes, ut in Icteritia color flavus; Audi
biles sunt uoces clangosę, turbatę, tremulę, rau
cę &c. Odorabiles sunt odores pravi, vel totius
vel partis, puta cutium, oris, Alvi(?) nidorosi,

ringosi, vel corrupta referentes quaecedentias, gusta: biles, ut Saliva, accida, Salsa &c. Tangibiles tandem sunt, Caliditas, frigiditas, humiditas, et Siccitas, et quae ex his oriuntur, ut Mollities, durities, aviditas, asperitas &c.

De Diff.is Morborum

In Genere.

Quamvis completa sit tractatio morbi eiusdem differentiarum et Causarum una cum explicatione Symptomatum, nihilominus hic superaddendam esse appendicem, de generica Morborum divisione iudicavimus. Ex supra dictis igitur alij sunt Morbi breves, alij longi hoc est alij acuti, alij Cronici, acuti, qui celerime moventur et cum periculo, Cronici qui tarde et sine periculo; Acuti duplici constant differentia. Alij sunt peracuti exacte, et alij non exacte, Alij acuti exacte, et non exate, et alij ex decidentia. Peracuti exacte 4am non excedunt, non exacte 7am. Acuti exacte 14am, non exacte 20am, ex decidentia usq. 40am

Morborum Communium, alij dicuntur patrij et Vernaculi, qui semper locum quendam tenent, Alij vulgares, qui aliquo anni tempore in aliqua regione grassantur, et cum sint Contagiosissimi multos occidant et induunt naturam pestilentiae. Differunt autem vulgares a pestilentibus, seu Endemij, et Sporadici, ab Epidemijs; Quod Vulgares, semper candem regionem obsident, et Causam habent ab ambi:

ante Aere infecto, ipter terreas et inferior causas; Pestilentes verò non recognoscunt originem ab aere ipter Loci conditionem, sed à Maligno cæli influxu; Morbus alius est Malignus, alius est benignus; 1.us qui gravia inferl symptomata; 2.us qui levia; 1.us qui Mortem pronuntiat; 2.us qui securitatem afert; Morbus alius est Magnus, et vehemens, et 3.bus de causis accidit; vel quia in aliqua parte nobili consistat, vel quia ex sui natura et essentia sit talis, aut ipter vehementiam symptomatum. Cæterum alij sunt morbi sinceri et exquisiti, alij Nothi; Exquisiti, qui ab uno tantum humore dependent, ut 3.ana à bile; Nothi, et Spurij, qui ab humorum mixtione adulterantur, ut quando in 3.ana Bilis cum pituita, aut Melanconia immiscetur; Itidem alij sunt in habitu, alij in habitudine. In habitu qui difficilè removentur; in habitudine qui facilè. Alius est morbus ordinatus, et alius inordinatus. 1.us qui certis temporibus affligit, ut 3.ana, quæ de 3.o in 3.um invadit. Inordinatus è contra qui erratico modo incedunt; Alij sunt Morbi primarij, alij 2.arij, hoc est alij idiopatici, alij sympatici; 1.i qui à suis causis 1.o gignuntur, 2.i qui ab alijs nascuntur, et per consensum etiam appellantur; Alij tandem sunt salutares, alij lethales, Longi Morbi sunt omnes, qui acutorum terminos transcendunt, et sicut morbi breves à calidis dependent humoribus, ita longi à frigidis, et sic finis Sen. 1.æ, et 3.æ Partis Medicinæ. ~

De Arte Parva Galeni, quam Artem Medicinalem vocant, sive de 4a Medicinae Parte, quae Semiotica dicitur

Completa tractatione de rebus naturalibus, non naturalibus, et praeter naturam, accedimus ad Semioticam, praemittendo prius aliqua circa ordinem doctrinae demonstrando [illegible] meo das methodum quam sim insecuturus in hoc opusculo conscribendo. Tres igitur sunt doctrinae ordini inhaerentes, resolutiva nimirum, compositiva, et definitiva; Resolutiva est illa, quae procedit ab effectibus ad causas, a compositis ad simplicia, a toto ad partes; Compositiva est illa quae priori opponitur, cum tendat a simplicibus ad composita, a causis ad effectus, a partibus ad totum; 3a doctrina, quae fit ex definitionis dissolutione est illa, quam prosequitur Gal: in hac arte Medica, cum ea, quae fusius alibi tradita fuerant hic restringat ad faciliorem memoriam, et discentium necessitatem.

Definitur Medicina secundum mentem Gal: quod sit scientia salubrium, insalubrium et neutrorum: Scientia lato modo sumitur, et salubre dicitur 3iter, quod sanum est, quod sanitatem praebet, et quod indicat; Insalubre itidem, quod est morbo affectum, et quod indicat, et quod morbum efficit; Neutrum quod est affectus extremorum, quod est particeps modo de uno, modo de alio; et tandem plus de uno, quam de alio.

horum unumquodq: dicitur ut Corpus, ut Causa et ut Signum.
1º Salubre, 2º Insalubre et 3º neutrum, et quod dicitur de Corpore subintelligitur de causa et de Signo.

De Corpore Salubri.

Corpus Salubre, aliud est corpus salubre simpliciter, et aliud salubre ut nunc; Essentia Corporis salubris simpliciter in hoc consistit, quod ab orte naturæ bonam contraxerit temperiem partium similarium et exactam organorum comensurationem. salubre verò ut nunc est illud quod modo bonam habet temperiem, et dictam compositionem, cæterum non sic se habet exacte ut Corpus simpliciter salubre, utrumq: tamen præsentem enontiat sanitatem.

Dividitur Corpus salubre simpliciter in simpliciter semper et ut Multum; simpliciter semper est illud quod ab orte naturæ optimam contraxit temperiem in partibus similaribus, et optimam comensurationem in partibus organicis. Corpus salubre ut Multum est illud quod parum degenerat à simpliciter et semper.

Dubitavi tamen contingit quomodo dari possit istud corpus salubre simpliciter semper cum in homine æterna sanitas non observetur nam saltim defficit, vel in seminis emissione, vel in partibus.

Respondetur significationem illam semper importare optimam sanitatem non perpetuam durationem nam licet illud Corpus sit aptum semper durare sanum, tamen si incedat aliqua causa violenta cogens vel ad dolorem, vel ad Morbum, ut constitutio

aeris prava; Dentium ortus, et partus, ut erit salubre simpliciter semper.

De Corpore Insalubri.

Corpus insalubre ut salubre suas habet divisiones in simpliciter, et ut nunc. Insalubre simpliciter est illud, quod ab ortu naturae habet malam temperaturam, vel in partibus similaribus, vel dissimilaribus, vel utraque: et licet in hoc statu sit, nihilominus intra latitudinem sanitatis viget.

Insalubre ut nunc est illud corpus, quod in praesenti habet vitium, nec est intra latitudinem sanitatis, sed actu aegrotat, et laesas habet operationes, et vitium paritur est in similaribus, aut dissimilaribus, aut utroque modo.

Dividitur istud corpus simpliciter insalubre, in simpliciter semper tale, et in illud ut multum. Insalubre simpliciter semper est illud, quod pessimam habet temperiem in partibus similaribus, vel in principibus, vel instrumentarijs. Insalubre ut multum est illud, quod parum degenerat ab insalubri simpliciter semper.

De Corpore Neutro.

Explicatis corporibus salubribus, et insalubribus accedimus ad explicationem corporis neutri, unde dicimus hoc 3es habere significationem; 1a est quod corpus neutrum sit tale per extremorum negationem, videlicet neque esse sanum neque aegrum. 2a est illud corpus neutrum quod particeps est modo de salute, modo de morbo. 3a significatio est illud corpus neutrum, quod plus

de uno, quam de alio est particeps. Dividitur 1º istud Corpus neutrum, quod est per negationem in simpliciter, et ut nunc. Neutrum simpliciter est medium Corporis saluberrimi, et insaluberrimi; Neutrum ut nunc medium est saluberrimi, idest actu optimam sanitatem habentis et insaluberrimi, hoc est actu ægrotantis. Neutrum vero per negationem iterum subdividitur in illud, quod est simpliciter semper tale, quod per totam vitam aptum est eandem servare mediocritatem. In aliud quoque: ut multum, quod non per totam vitam sed in aliqua ætate aptum sibi est, sive ad sanitatem, sive ad morbum.

Corpus neutrum 2º et 3º significatu dividitur ut supra in simpliciter tale, et ut nunc in simpliciter semper, et ut multum; simpliciter tale illud dicitur Corpus, quod ab ortu naturæ participat simul sanitatem, et morbum; Neutrum vero ut nunc est illud, quod non ab ortu naturæ, sed tantum de præsenti eo modo, quo diximus per omnes ætates potest perdurare. Corpus neutrum simpliciter semper tale est illud, quod per omnes ætates in eodem habitu perseverat. Ut multum tandem est illud, quod non per omnes ætates, sed per earum mutationem diversimode se habet.

De Causa Salubri, Insalubri, Et Neutra.

Post Corpus agendum est de Causa, quæ eodem modo de Corpore est salubris, Insalubris, et Neutra; Causa salubris alia est salubris simpliciter, alia ut nunc; Alia salubris simpliciter

semper, alia ut multum. Causa salubris simpliciter est illa, quae vel sub ratione optimi temperamenti, vel sub ratione instrumenti firmiter constituti sanitatem simpliciter conservat. Causa salubris ut nunc est quae sub ratione boni temperamenti, et sub ratione instrumenti ut nunc firmiter constituti sanitatem ut nunc causat. Causa salubris simpliciter et semper est illa, quae sub ratione optimi temperamenti et sub ratione instrumenti optime constituti sanitatem simpliciter et semper causat. Causa salubris ut multum est illa, quae aliquantisper declinat a perfectione causae simpliciter et semper.

Causa insalubris eodem modo 4.ex est, vel simpliciter vel ut nunc, vel ut simpliciter semper, vel ut multum. Causa insalubris simpliciter est illa, quae sub ratione mali temperamenti, vel organi male constituti aegritudinem simpliciter causat. Causa insalubris ut nunc est illa, quae ut nunc infirmitatem causat ob eandem rationem supra enumeratam. Causa insalubris simpliciter et semper est illa, quae sub ratione pessimi temperamenti et organi pessime constituti aegritudinem semper causat. Insalubris ut multum est illa, quae paulisper declinat a causa simpliciter et semper. Causa neutra est illa quae nec salubritatem, nec insalubritatem simpliciter causat, sed mediam quandam entitatem inter sanitatem perfectam et aegritudinem.

De signo salubri, insalubri, et neutro.

Licet de causis egerimus, quae satisfaciunt ad cognito

onem in genere, reliqua tractaturi in debito tempore. nunc de signorum natura venit discurrendum.

Deffinitur Signum apud Medicos, quod sit illud, quod sensibus obvium, aliquid aliud in Corpore nostro latens indicat, nam appellatione signorum ea omnia intelligunt, quæ aliquam rem significant, unde 3.ᵃ signorum genera sunt salubria, quæ sanam, insalubria quæ morbosam, neutra, quæ neutram corporis constitutionem indicant.

Signa salubria facilimé cognoscuntur, neq: altiorem requirunt indaginem; bona enim Corporis temperies, recta partium conformatio, et earundem unio cuiuslibet salubritatis statum prabent, é quo integræ fluunt actiones, quaré in signis insalubribus plus venit immorandum, quamvis et ipsa per contrarij cognitionem innotescant. Sut etiam neutra per extremorum notitiam facile apparebunt.

Deffinitur Signum Salubre simpliciter, quod sit illud quod præsentem sanitatem simpliciter indicat, futuram prædicit, et præteritam recolit. Insalubria trinam habent divisionem sut de salubri, nam alia præsentem corporis præternaturam constitutionem demonstrant. Alia dicuntur prognostica, quæ futura prædicunt; Alia rememorativa, quæ præteritum memoriæ committunt. Insalubria signa diagnostica præsentem ægritudinem demonstrantia sunt operatio corporis nostri læsa. Prognostica sunt spontaneæ lassitudines, sitis inexplebilis, somnus immoderatus, aut vigiliæ nimiæ morbos prænontiant. Rememorativa tandem sunt effectus, qui morbum sequuntur et morbo remoto adhuc apparent, ut est color faciei in

grauatus, Corporis imbecillitas &c; et hæc signa sunt in duplici diff.ne, Alia enim denotant communes ægritudines, alia proprias, ut v.g. tumor Lienis indicat præcessisse quartanam.

Signa neutra illa sunt, quæ diversas ab ægritudine, et á sanitate dispositiones indicant, et huiusmodi dispositio datur in corporibus, quæ nondum ægrotant periculum tamen est ne incidant in morbum, et tali. dicta corpora vocat decidentia; eadem dispositio paribus reperitur in corporibus de recenti á morbo solutis, quæ Gal. vocat conualescentia, et huius p.æ speciei signorum neutræ dispositionis plura recensentur, nimirum intensa fames, inappetentia, et vigiliæ; Signa neutra 2.æ speciei sunt indicantia neutras dispositiones, quæ partim est sanitas, partim est morbus, hoc est in una parte sanitates, in altera morbum v.g. de urina, quæ habeat signum perfectæ concoctionis, ex hac parte erit bona, tamen si multas arenulas habeat admixtas, indicat Renum, vel vesicæ ægritudines, et ex hac parte est Mala.

Signa neutra 3.æ speciei, quæ modó indicant sanitates, modó morbum, hæc ut supra dividuntur in Diagnostica, Prognostica, et Rememoratiua.

Diagnostica, seu demonstratiua alias habent subdiuisiones quoniam subdiuiduntur in Patognomonica assidentia, seu concomitantia, et insupervenientia; Patognomonica illa sunt, quæ inseparabilia appellantur, cum morbo necessariò inhæreant, et in eodem apparent principio, ac omni tali et semper conueniant;

Dicuntur etiam signa essentialia, quia his exis:
tentibus tales adesse morbum significant.
Assidentia, seu concomitantia illa sunt, quæ
neque morbi essentiam, neque eidem neces:
sario inhærent, interdum enim a principio
apparent, interdum postea, ideoque non mor:
bi essentiam indicant, sed eius conditionem.
Supervenientia tandem illa sunt, quæ neque
morbi essentiam, ut Palognomonica, neque con:
ditionem, ut Assidentia significant, sed eius
mutationem. Signa autem supervenientia,
alia significant concoctionem, et cruditatem,
Alia salutem, et Mortem, Alia longitudinem,
et Brevitatem.

De Fontibus Signorum.

Ex tribus oriri fontibus signa opti:
mæ concoctionis docet Gallenus, nimirum
ab his, quæ sunt de natura, et essentia rei,
et quæ essentialiter inhærent ut sunt semper
ies partium similarium, et compositarum dis:
similarium; 2º ab operationibus; 3º ab his, quæ

necessario consequuntur, et propria accidentia nuncupantur.

Temperies nihil aliud est, quam conveniens quidam quatuor qualitatum simplicium resultans ex ordinata omnium elementorum commixtione, ut vidimus in tractatu de Temperamentis.

Pars similaris est illa, quae dividitur in particulas, quae inter se toti sunt similes; Pars dissimilaris est, quae componitur ex diversis partibus similaribus, quarum partium compositio nil aliud est quam dispositio resultans ex magnitudine, numero, figura et situ.

Operationes, quas modo nominat Gal: sunt naturales, vitales, et Animales, ut diximus; Hic tantum scire licet operationes alias exerceri per partes similares, alias vero per partes dissimilares. Similarium operationes sunt, quae a similaribus efficiuntur, ut sunt concoctio retentio, et expulsio cum Attractione. Dissimilarium operationes sunt, quae fiunt a dissimilaribus, vel si fiant a similaribus, egent tamen dissimilaribus ut efficiantur, ut Motus corporis, qui fit a parte similari, idest a Musculis, tamen eget partibus instrumentalibus ut efficiatur.

Accidentia a quibus indicia optimae constitutionis peti possunt sunt effectus necessario sequentes seu accidentia; Isti autem effectus in duplici sunt differentia, nam alii sequuntur temperiem partium similarium, alii compositionem dissimilarium. ab his tamen depromta signa quandoque decipiunt, licet raro; Tolosiensis notavit, quod signa substantiis inhaerentibus sint durabilia, quae ab operationibus dependent apparentis veritatis.

Notandum, quod Mediocritas omnium operationum est perfectio,

sicuti mediocritas in mollitie et duritie signat optimam temperantiam, nimia enim durities pendet á sicco, sicuti mollities á nimio humido dominante; bonus itidem calor est ex albo et rubro decenter permixtus, quia niger indicat adustionem, Albus purus indicat frigiditatem; Rubeus intensus dominium calidi; itidem pilositas multa significat excessum caloris, et eorum privatio diminutionem. Ab his quoque (?) cognoscuntur corpora salubria simpliciter, sed etiam alia et multa (?) et ut nunc.

Paraphrasis Omnium signorum.

Duo sunt Genera signorum, unum genus eorum est, quæ á substantiis inhærentibus sumitur, alterum á necessario consequentibus. Primum genus tres habet species, á tempore, á compositione et ab unitate. 2um Genus 4or habet species, ab operationibus 1o á casibus seu accidentibus, ab eo quod corpus facile vel difficile resistat causis morbificis, ultima á iuvantibus, et nocentibus.

Quot sint Tandem Diff.æ

Signorum Ad tempus,

Videbimus cum Deo

Crisi, et Duo nunc

Ad Teoricam satis sit Ad Laudem Omnipotentis Dei, et B. V. sine labe conceptæ.

PRINCIPIUM PRACTICÆ ET P.º DE CRISIBUS.

Quid sit Signum Criticum et Quid Crisis.

Signum Criticum est illud, quod Crisim signat, hoc autem 3.ex statuit, Diagnosticum, siue demonstratiuum v.g. copiosa uentris solutio, sanga hem̄orargia per nares, et aliæ similes euacuationes, quæ quando adueniunt aliquam faciunt in morbo mutationem.
Prognosticum est v.g. magnus dolor capitis, rubor faciei, splendores ante oculos quæ significant futuram narium Hemorargiam.
Commemoratiuum autem est signum Crisis v.g. melior dispositio ęgrotantis post factam Crisim.
Crisis deffinitur, quod sit subita morbi mutatio,

vel ad vitam, vel ad Mortem, vel in melius, vel in peius.

Dividitur tamen Crisis in duas partes; Crisis alia est bona, alia est mala, sivè alia Perfecta, alia imperfecta; Crisis bona est, quę ad vitam fit; Crisis verò mala est, quę fit ad Mortem. Crisis Perfecta est, qua integrè morbus solvitur; Imperfecta verò quandò non integrè resolvitur.

Sciendum autem, quod Crisis vel fit per affluxionem vel fit per abscessum. In Morbis brevioribus fit per affluxionem, hoc est, vel per alvum, vel per vomitum, vel per urinam, vel per sudorem, vel per Hemorragiam vel hemoroidas, vel per menses in Mulieribus. Quandoq: etiam per Insensibilem transpirationem cutis; In Morbis verò longis, et diuturnis, qui sunt per depositionem materię, quod ubi fit materia ibi tumorem facit cum suppuratione adveniente, Sub etiam nomine abscessus intelligantur etiam mutationes factę de morbo in morbum, ut quando febris continua, vel acuta degenerat in 3anam vel 4anam intermittentem. Vocantur etiam abscessus, qui fiunt in Morbis acutis deposita materia ad glandulas post aures, parotides constituendo, qui abscessus etiam in morbis acutis fiunt.

Plura autem sunt signa, quę apta sunt indicare futuram Crisim, 1º scilicet quod hęc fiat cum signis apparentibus concoctionis in urina; 2º quod sit indicata in die indicatoria; 3º quod fiat in die indicatorio, Critico, sivè iudiciali; 4º quod sit cum conferentia et tolerantia.

Indicatorii dies sunt omnes 4.ᵃ, ita ut in 1.ᵃ 1.ᵃ 16: servet 4.ᵃ dies; in 2.ᵃ 11.ᵃ; in 3.ᵃ 17.ᵃ; in 4.ᵃ 24.ᵃ
Judicatorii sunt omnes septes, scilicet in 1.ᵃ 1.ᵃ dies 7.ᵃ; in 2.ᵃ 14.ᵃ, in 3.ᵃ 20.ᵃ, in 4.ᵃ 21.ᵃ
Alii verò sunt dies intercidentes, qui impares sunt, et in quibus licet Crisis non appareat, potest tamen dari provocatio materiæ ad Crisim; et hi sunt, qui inter principes et Judices incidunt, Crisesq imperfectas moliuntur; suntq: 3.ᵘˢ, 5.ᵘˢ, 9.ᵘˢ, 13.ᵘˢ, vel 19.ᵘˢ
Alii vocantur dies vacui, sivé medicinales, et sunt omnes dies pares, ut 2.ᵃ, 6.ᵃ, 8.ᵃ, 10.ᵃ, 12.ᵃ, 16.ᵃ et 18.ᵃ et sic usq: ad finem Mensis lunaris, sivé medicinalis Gal:, et in his diebus solent Medici deliberare evacuationes, sivé per venæ sectionem sivé per medicamenta evacuantia, cum in ipsis materiæ motus non experiantur.
Signa concoctionis desumuntur ab urinis respectu substantiæ, colores, et contentorum, quæ examinabimus in Capp: de urina ut signum.
Consequentia et Relevantia nil aliud important, nisi quod per consequentiam debemus attendere à Crisi præcedenti resolutionem vel dimminutionem morbi; à Relevantia debemus examinare post Crisim constantiam vel debilitatem virtutis, hæc autem quandoq: sola potest dari sivé consequentia; virtus verò cum sit valida vel debilis apparet à pulsu.
Ad Crisim verò tria potissimum requiruntur, motus scilicet astrorum, qui comprendunt per sextilos, trigonos, tetragonos, et quadratos, qui omnes

constituunt certos gradus et quilibet gradus 30 punctis complet. Et de his omnibus plenè ab Astronomis habetur cognitio, de his loquitur Severius in Aphorismis.

2um quod requiritur est dispositio materiæ peccantis nam si fuerit materia peccans calida et tenuis in vernali aut æstivo tempore facilius commovebitur crisis; Si verò materia fuerit frigida et crassa in tempore Autumnali, aut hyemali, tunc crisis erit difficilior et longior, et quod expectabitur magis erit à centro, quam à circonferentia; sicut durum potius et urinam, qui potius expectantur in superiori corporis dispositione, nimirum motus illi, qui fiunt ad superficiem.

3o etiam requiritur natura patientis, nam in temperamento calido et sicco facilius quam in frigido et humido, potius in biliosis, minus in pituitosis et melancolicis.

Crisis quoque non expectatur in quocumque morbo, sed tantum in iis, qui ad quadragesimam diem perveniunt. Ultrà verò 40.um diem licet potius abscessum, quam crisim expectare; tamen quandoque etiam extrà 40.um diem, sed rarò contingit, quod fiat crisis quando calor validus est, et paulatim attenuat, quod crassum et densum est, et efficit ut crisis per effluxionem succedat.

Computatio autem dierum criticorum non fit quocumque mense, sed in mense tantum Medicinali ipsius ... nam quatuor sunt Menses, qui à Medicis numerantur, Unus scilicet, qui vocatur Mensis

peragrationis, scilicet quando luna discedit ab uno puncto, atque per totam Zodiaci ~~circulationem~~ circulatione ad idem punctum pervenit, quod fit 21 dierum spatio, et horarum 8.

2.us Mensis vocatur coniunctionis, et incipit quando luna coniungitur cum Sole, et terminat usque ad alteram coniunctionem, et ad hanc comprehendam transeunt dies 29, h. 13

3.us Mensis dicitur Illuminationis, et incipit quando luna primo apparet, nam per quatuor dies occultatur, et constat diebus 26, horarum 12. verum cum in iis mensibus, scilicet peragrationis, Illuminationis, et coniunctionis non appareat ratio, quare 14a et non 13a sit dies critica, nec quare dies 20a et non 21a critica habeatur. Ideo Gal: mensem alterum excogitavit, scilicet ex mense peragrationis et Illuminationis simul iunctum desumpsit medietatem horum dierum, qui sunt 26 et horae 22, qui postea dies ubi dividantur in 4.r Septimanas, tunc cognoscitur cur 1.a et non 6.a sit dies critica, et sic quare 14a et non 13a, et quare 20a et non 21ae.

Ut vero prosequamur quae ad crisim faciunt declarationes, et ad eiusdem causam immediatam sciendum est, quod haec est, et nihil aliud, quam vehementior Spirituum Animalium per irritationem in fibras alicuius partis influxus, quo pars illa secum stringendo morbi causam expellit, aut calor noster, seu motus sanguinis, quo morbi causa in illo consistens ad certas partes detruditur. Et quod si haec vel illa Materia morbifica satis protrusa, talis sit, ut illa e corpore penitus

expellat, iam crisis est perfecta; si verò pellatur tantum detrudatur materia morbi ad aliquas alias partes, ibiq: sopita quasi, aut verò sopita evanescat, iam crisis imperfecta fit, et sæpè recidivas patitur, aut mala alia.

Recentiores parum de doctrina crisis curant, quia quocunq: tempore præcipitationem materiæ intendunt neglecta criticorum dierum potestate, dicentes, quod ipsi tantum diebus criticis tribuunt, quantum Divites et Avari annis climatericis, et gravidæ annis bissextilibus asserentes &c.; sed contrà experientiam quotidianam, et tot seculorum frustrà est contendere.

Finis.

Liber I.us Practicae

Cap. 1.us Tractatus

De Febribus.



De Febribus.

Completis tractationibus attinentibus ad Theoricas in-
stitutiones, nunc est, ut Sermonem de ijs habeam-
us, quae ad praxim dirigunt; et cum caeteris praestan-
tior, et utilior ea sit, in qua agitur de febribus;
ideo prius examinanda venit; praesertim cum
febres crebrius contingant et saepe cum aegrotan-
tium interitu; propterea ut prohibeamus ne fiant, et
ubi factae sint exactius curentur, in earum cognitione
immorari prius est necesse insequentes doctri-
nam ab Avicenna praescriptam in Fen 1a lib: 4o
qua inscribitur de aegritudinibus particularibus, quae cum
accidunt non appropriantur uni membro et commu-
nibus febres dicuntur; de ijs autem sic ad unguem
praescripsit Avicenna, ut circa ipsas nihil pos-
sit ulterius excogitari, nam ea omnia, quae dif-
fuso sermone attulit Galenus tam in lib: 2o de
differentijs febrium, quam in lib: de Arte curat:
ad Glauconem, atque in libris de Medendi metodo ab
6o usque ad 12um, omnia hic miro ordine complex-
us est Avicenna.

Quod ut melius intelligatis huius 1ae Fen lib: 4i
inscriptionem annotandum prius est; quod quatuor
1ae sunt Morborum differentiae, de quibus medici pas-
sim loquuntur; Alij enim sunt Morbi Universales
alij particulares, aut alij communes, et tandem alij
proprij; Per morbos Universales medici intelligunt
1a illa morborum genera, quae sunt illa tria intem-
peries, nimirum, mala compositio, et soluta unitas;

2 ut docuit Galenus lib: 1º de differentijs Morborum, et in arte Medicinali textu 88º.

Morbi verò particulares sunt species illæ morborum quæ continentur sub illis tribus i.s generibus, neq: ea, quæ continentur, ut individua considerantur, quia Individua non pertinent ad Scientias, et artes, quæ solum Universalium sunt; dicuntur verò morbi particulares in specie respectu suorum generum, ut docuit Aristes.

Morbi Communes in duplici constituuntur differentia vel saltem apti sint infestare omnes Corporis partes; Morbi, qui infestant, actu omnes Corporis partes, sunt febres, et ob hanc ronem illæ dicuntur morbi communes, morbi autem communes, qui licet actu non infestent omnes Corporis partes, apti tamen sunt illas infestare, sunt tumores præter naturam, veluti inflammatio, et erisipellæ; Inflammatio enim potest tam hanc, quam illam partem infestare; idem dicendum de Solutione Continui; Hæc enim apta est infestare omnes Corporis partes, quia solui potest Continuum tam in una, quam in altera parte Corporis.

Morbi tandem proprij illi dicuntur, qui ita infestant unam partem, ut alias infestare non possint, ut Apoplexia infestat Cerebrum estq; ~~qua~~ morbus illius, et non aliarum partium; Pleuritis est morbus illius Membranæ, quæ cingit Corpus, et non alterius.

Ex his modo colligitur declaratio Inscriptionis fen 1.a lib. 4º Auicennæ, in qua dicit se velle loqui de morbis particularibus, qui cum accidunt non appropriantur uni Membro, quasi innuat se loqui velle de spe=

tes Morborum, qui communes sunt, reverò gravij; inter has autem species est febris, ideò Iure de hac loquitur; immò prius de febre loqui voluit, quia ut iam diximus, febris est Morbus, qui frequentius contingit.

Dividitur autem hec i.a Fen lib: 4.i in duas partes, quarum i.a agit de febre in genere; in 2.a verò de febribus in specie, omneq: eius doctrinam complexus est in perfecte.

Que pertinent ad febres in genere quatuor sunt, i.o quid sit febrium Natura, et essentia, quot et que sint species earum; 2.do quenam Corpora sint magis obnoxia febribus, et que minus; 3.o quot et que sint partes ipsarum febrium que à Medicis communiter dicuntur tempora febrium; 4.o verò et ultimò quibus signis cognoscantur hec tempora febrium, que ab ipso Auicenna Hore vocantur: et hec sunt illa quatuor Universalia, de quibus in i.a parte loquitur Auicenna.

In 2.da autem loquitur de quatuor pertinentibus ad febrem [illegible], nimirum de febribus effimeris; 2.o de Ecticis; 3.o de putridis; ultimò de febribus pestilentialibus.

Quo igitur ad i.am partem, et quo inquam pertinet ad i.m Universale est cognoscere essentiam ipsius febris, quia nunquam dari potest, quod intemperies curetur, nisi eius Natura à medicis precognoscatur. Ppterea intendens Auicenna [illegible] deffinitionem febris tradere; et cum hec à Philosopho habeat per genus et differentiam; Hinc pponit eiusdem genus ac ei transaddit differentiam ipsam febris essentiam

declarantes; Genus autem febris dicit esse calorem extraneum.

Galenus ponendo genus ipsius febris varius est et ab Auicenna dissentire videtur; nam in 1º lib: de diff.is febrium cap: 2º dicit, quod febris est calor preternaturalis; in lib: autem 1º aphor: coment: 16 inquit quod febris est calor naturalis in igneum mutatus in lib: de naturalibus facultatibus cap: 4º, et in 1º acutorum 28 ait, quod febris est calor plurimum auctus, et ad summum elatus, ex quibus omnibus colligitur Galenum varium fuisse ab ipso Auicenna in tradendo Genere ipsius febris.

Auerroes et ipse videtur dissentire ab Auicenna, et Galeno, nam in 3º Colliget cap: 2º scribebat, quod febris est calor mixtus ex calore naturali, et preter naturam.

Dicendum tamen, quod licet Gallenus varius videatur, ita tamen non est, si diligenter sensus eiusdem considerentur, ut etiam idem considerandum, si Auerroem intime perscrutemur, nam omnes istę circumscriptiones dictę attinentes ad generis dispositionem, licet verbis differant; idem tamen significant, cum synonima vere dici possint; nam si Auicenna inquit, quod febris sit calor extraneus; Hic autem est calor, qui non reperitur in corpore naturaliter disposito, et ideo iure dicitur calor preternaturam; Calor preternaturam est calor excedens statum caloris naturalis, qui auctus dicitur super statum naturalem, atque hic est calor mutatus in igneam naturam, quia calor igneus est calor excedens, atque vehemens; calor excedens statum calo:

vis natis est calor mixtus ex gradib. caloris natis,
et ex gradib. excedentib. calorē natē, ut voluit Aver-
roes; quare concludendum, quod idē sit dicere fe-
brē esse calorē extraneum, sive calorē preternatu-
ra in igneū mutatū, vel calorē auctū super
statū natē, vel tandē esse calorē mixtū ex
nati, et preter naturā.~

Cū ergo dicimus febrē esse calorē natē in igneū
mutatū p hoc genus separamus febrē à calore
nati; verū, quod 1.º venit adnotandū circà hoc ge-
nus sciendū est, quod calor natis, dato dicit, ut do-
cuit Galenus 1.º aphoris: Coment.º 14.º, 1.º inquā
significat Materiā, in qua ipse succendit, et im-
moratur, quæ conflata est ex principiis generatio-
nis, ex semine inquā et Sanguine; 2.º dicit quali-
tatē afficientē ipsā substā; quod cū ità sit
queritur, an in ipsa febre mutet tantū calor et ip-
sa qualitas; an verò ipsa substa simul; quià
si tantū qualitas mutat calor, unica tantū oritur
indicatio à febre, quæ scilicet est corrigendi ipsū
calorē; si verò etiā substa, altera oritur indicatio
nimirū corrigendi substā.~

Respondendū, quod reverà in febre n mutat sub-
stantia, sed tantū calor uti qualitas, et ratio est,
quià à febre oritur tantū indicatio refrigerandi, et
non corrigendi substā, et hoc habemus ex Galeno lib:
9.º Metod: Cap: 14.º; Hæc autē refrigeratio n potest
compleri frigidis tantū, sed humidis iniunctis si-
mul.~

2.º adnotandū venit, quod cū febris sit calor

natis in igneum mutatus; calor autem natis multiplex; ideo nova subovitur dubitatio, quisnam sit iste calor natis, qui mutatur in igneum ad febris constitutionem; quod autem calor natis sit multiplex, comprobatur ex Galeni Auctoritate 1º aphoris: Coment. 14º, ubi scribebat duplicem esse calorem natis, innatum scilicet, et acquisitum; uterq: calor ex his duplex est, nam alius est calor innatus inplantatus, alius vero influens, ita calor acquisitus, alius est implantatus, alius vero influens.~

Calor innatus implantatus ipse est, qui a principio generationis, inest singulis membris, et aliunde non influit; calor vero innatus influens est, qui inest a principio generationis, et a corde influit in singulas corporis partes, et conservat calorem implantatum in singulis partibus.~

Calor autem acquisitus natis est ipse met calor innatus, sed etate progrediente acrior redditur; Hic autem calor natis acquisitus potest dupliciter considerari, vel prout inest membris, vel prout influit a corde; si 1º modo consideretur, dicitur implantatus acquisitus, si 2do modo dicitur influens acquisitus; Hinc ubi quis quærat quinam sit ille calor qui in febre mutatur in igneum; Respondendum, quod isti calores enonciati non sunt specie diversi, quia si essent specie diversi, sequeretur, quod in corpore nostro darentur calores diversæ speciei, quod falsum est, quia omnis natis calor est ex elementis et ut docuerunt Galenus in lib: de formatione fetus et Averroes 2do de Anima, textu 4º; est igitur

idem calor, qui alio modo consideratus diversa sortitur nomina; si enim consideretur calor ut membris inest à principio generationis, et aliunde non influit, dicitur innatus implantatus; si vero consideretur, ut inest à principio generationis, et influit à corde, ita dicitur calor innatus influens; si vero consideretur, ut etate procedente acrior est redditus, sic dicitur natis acquisitus, et talis calor ut inest membris, et aliunde non influit, dicitur implantatus, ut vero influit à corde dicitur influens; hic igitur calor vario modo consideratus sortitur diversa nomina, ac ille est, qui in febre mutatur in igneam naturam.

3.º Notandum, et discutiendum venit, an hic calor febrilis sit diversus à calore nati.

Ex una parte sunt, qui asserunt hunc esse diversum à nati, quia operationes diverse sunt, nam calor natis concoquit, febrilis vero corrumpit, ex Galeno 2.do de Crisibus cap: 13.º; datur insuper Galeni Auctoritas lib: 4.º aphorismorum coment.º 24.º, ubi scribit, quod in febricitantibus aliquando calor natis extinctioni proximus est; febrilis autem calor viget, ergo diversi sunt.

Res tamen aliter se habet, quia non sunt diversi calores, et hoc manifeste apparet ex eo, quod diximus cum Galeno, quod calor febrilis sit calor natis accensus et mutatus in igneum; ut autem magis manifeste veritas huius difficultatis appareat, dicendum, quod calorem natem duplicem possumus intelligere; 1.º scilicet calorem natem ut sic; 2.º calorem natem accensum, et mutatum in igneum; si 1.º dicendum est

calorem febrilem esse diversum à calore nati; quia sic earum operationes sunt diversae, quia sicut calor febrilis corrumpit, ità natis auctus, et mutatus in igneum corrumpit; tamen licet diximus absolute calorem nati esse diversum à febrili, non tamen dicendum in febricitante duos exoriri calores; sed unum esse tantum mixtum ex calore nati et praeter naturam, vel possumus affirmare unicum tantum esse calorem mixtum ex gradibus caloris natis et ex gradibus superadditis, qui calorem natis intensiorem reddunt, ut docuit Galenus 4º aphoris: 24; immò etiam si calor febrilis mixtus sit ex gradibus caloris natis, et superadditis; non dicitur febrilis ratione graduum natis caloris, sed ratione graduum superadditorum, quod propterea sic debet intelligi Galenus, quod in febricitante aliqui gradus caloris natis ipsi sunt extinctioni, gradus autem superadditi nequaquam, sed intensissimi sunt. ~

4º Notandum, quod cum febris ex Galeno sit calor natis mutatus in igneum, dubitatur an in febricitante calor natis sit omnino mutatus, an aliquo modo tantum; Resoluendum, quod calor natis non omninò mutatur, quia non mutatur ut diximus secundum substantiam, nam si mutaretur secundum substantiam non tantum sumeretur indicatio remittendi calorem sed etiam corrigendi substantiam, quod est falsum; Mutatur igitur tantum calor natis secundum qualitatem, verum nec omninò secundum ipsam, sed tantum aliquo modo, quia in febricitante remanent gradus caloris natis, et alij superadduntur, qui calo:

ré naturae intensiore reddunt; unde si rema:
nent gradus caloris naturalis, igitur non omnino mu:
tatur, et evidentia ipsa patet, quod gradus calo:
ris naturalis remaneant, quia in febricitante fiunt
operationes caloris naturalis licet non ita perfecte, ut
in corpore sano, nam revera in febricitante datur
concoctio, atractio, retentio, et expulsio, quae sunt
operationes caloris naturalis.

Constituto genere febris, eoque declarato tres ppo:
nit Avicenna differentias, quae generi adnectuntur, ex
quibus 2.dae resultant; unum scilicet est, quomodo
febris fiat et generetur, aliud vero, quodnam sit
sub.tum ipsius febris.

P.a differentia consistit in verbis accensus in corde, quae
quidem duabus constat conditionibus, una, quae est
accensus, alia vero, quae est accensus in corde.
ex quibus colligitur, quod ad hoc, ut sit febris, ne:
cesse est, quod calor sit accensus, et sit in corde
accensus.

P.a conditio ut intelligatur notandum, quod aliud est
dicere calorem accendi, aliud vero esse accen:
sum, quia accendi dicit rem in fieri; accensum
vero dicit rem in facto esse; Innuit igitur Avi:
cenna, quod ad hoc ut sit febris, debet esse
in facto esse, et non in fieri, et ob hanc causam
dixit accensus, debet autem habere esse in
facto calor in corde, quia ut sit febris
oportet, quod calor a corde communicetur
toti corpori, et ita imprimatur, ut habeat
esse in facto in ipso corpore; non poterit

autē communicari calor à Corde toti Corpori, et habere esse in facto, toti Corpori, nisi habuerit in esse facto in ipso Corde.

Altera conditio est accensus in Corde, quod ideò dixit, quia nō potest fieri febris, nisi Cor patiatur, et calores in facto habuerit; Hoc desumpsit Avicenna ex Galeno 1.° de diff.is febrium cap: 1.° et 2.°, 2.do lib: de Articulis coment.° 22, [redacted] et 23, et lib: 4.° de Morbis vulgarib. coment.° 35, ubi ait, quod quaelibet ferveat pars Corporis, nō erit febris, nisi Cor incaluerit; et R.° est, quia calor, ut diximus debet communicari toti Corpori et ità inprimi, ut habeat esse in facto; et hoc fieri nō potest, nisi à Corde, quia Cor est Membrū influens in totū Corpus; addimus aliā rōnē hoc idem comprobantē, quae talis est, nimirū, quod febris est calor nat.lis in igneū mutatus, sed fons caloris nat.lis est Cor, ergò nō poterit dari febris, nisi calor fuerit in Corde accensus.

Verū hoc unū anotandū, quod Cor trib. constat Substijs, solidis nimirū, humorib. et spiritib., unde quaerit., an debeat haec accensio dari in omnib. his Substijs calore accenso in Corde.

Respondemus, quod licet à constitutione febris necesse sit, quod calor sit accensus in Corde, nō tamen debet dari haec accensio in omnib. febrib. in his trib. Substijs, nā in febre hectica calor est accensus in substa solida ipsius Cordis, non tamen in humorib. et spiritib., in febre putrida in humorib. tantū, nō verò in solidis, et spiritib.; In Ephimera verò in

spiritib; et non in solidis, nec in humoribus; Quare Sententia Auicennæ, quod Calor sit accensus in Corde; sic interpretanda, nimirum, quod ad hoc ut sit febris necesse sit, quod Calor sit accensus in aliquo horum trium Constituentium Cor.

2.da diff.a est in Uerbis à Corde communicatus universo Corpori per Uenas et Arterias mediante spiritu et sanguine; Hæc diff.a trib. completur conditionib; 1.a est, quod à Corde calor communicetur toti Corpori; 2.da, quod communicetur per Uenas, et Arterias; 3.a Mediante spiritu, et sanguine debet Calor febrilis toti Corpori Communicari, quia febris est Morbus totius Corporis, ut docuit Galenus 1.o de diff.is Morborum cap: 4.o, ubi scribebat, quod cum Calor accensus in Corde toti Corpori Communicatus est, tunc dicatur febris; ergo febris erit Morbus totius Corporis, et ob hanc causam reposuit Auicennas febres inter Morbos Communes.

Altera conditio est, quod communicetur per Uenas, et Arterias, quæ quidem videtur pati difficultatem, nam quod communicetur per Arterias, clarum videtur, cum Arteriæ oriantur à Corde, et dispergantur per totum Corpus, non tamen eque patet quomodo communicetur per Uenas Calor, cum Uenæ non à Corde, sed ab Hepate oriantur, quo stante, quomodo poterit Calor communicari per Uenas.

Resoluendum, quod etiam si Uenæ oriantur ab Hepate, ut notorium est; Calor tamen accensus in Corde potest per Uenas toti Corpori Communicari; Hocq; duplici modo, nam licet uenæ non sortiantur à Corde, Uena tamen Magna, quæ caua dicitur cordi ipsi connectitur, et sic facile potest Calor accensus in Corde per uenas

communicari; 2da ratio est, quia uenæ et Arteriæ simul
coniunguntur, ut habemus ex Galeno 2do de usu partium
cap: 10o; unde facile dari potest, ut calor accensus in
corde, qui influit per Arterias, impertiatur etiam ipsis uenis, et
per uenas postea communicetur toti corpori.

3a conditio habetur in uerbis mediante spiritu, et sangui=
ne in Arterijs, ubi: spiritus continentur, et sanguis spi=
rituosus et Arterialis; In uenis uero continetur sanguis
atq: in sanguine simul continetur spiritus ille, qui dicitur
naturalis; Posuit autem Auicenna hanc conditionem, quia
calor cordis per Arterias et uenas potest toti corpori com=
municari - ~~[illegible]~~ Dupliciter autem potest
calor toti corpori communicari; 1o uel a parte post
partem, ita ut 1o incalescat una pars, ista calefac=
ta, altera, donec totum corpus incalescat; 2do modo
mediante spiritu, et sanguine, quia cum calor accen=
sus est in corde, alterat sanguinem, et spiritus, et quia
spiritus et sanguis fluunt continuo, et refluunt per Ar=
terias, defferunt calorem illum in ipso corde intro=
ductum, uel existentem; 1o modo non potest calor febri=
lis toti corpori communicari; hoc est a parte post par=
tem, quia calor febrilis cito, immo citissime communi=
catur toti corpori, uerum a parte post partem non potest
cito communicari, sed per temporis interualla. Ideo
iure dixit Auicenna febrem communicari mediante
spiritu, et sanguine.

3a et ultima diff.a habetur in uerbis, et inflammatur inflam=
matione, quæ nocet operationi naturali; ad hoc autem re=
ponitur hæc particula, quia ut detur febris, oportet ut
calor ita sit toti corpori communicatus, ut lædat opera=

tiones nat^les; alit n esset febris, quod quidem declarat exemplo Avicennas, inquit enim, ab ira, et labore calorem inducit in totum corpus, et tamen calor ille non dicit^r febris, cum operationib. nat^lib. n noceat, quod si contingat talem calorem toti corpori inferre noxam, tunc vere diceret^r febris, quod propterea Avicennas loquens de febrib. ephimeris, inter has reposuit ephimeram ab ira, et labore. ~

Verum explicandum modo venit, quid intelligat Avicennas per operationes nat^les, quas dicit lędi in febricitante; Quod ut declaret^r, sciendum venit, quod operationes sunt in duplici diff^ae; alię enim sunt operationes partium, alię verò totius corporis; i.^e sunt, vel animales, vel vitales, vel nat^les; Animales, ut sentire et moveri; vitales, ut pulsare, quod proprium est arteriarum, et simul etiam respirare; nat^les tandem, ut concoquere, dicunt^r hę omnes operationes partium, quia in ipsis partib. fiunt; operationes autem totius nihil aliud sunt, quam exercitia consueta, quib. corpora sunt dedita, ut habemus ex Galleno lib: artis Medicinalis, ut gratia exempli est hoc exercitium legendi, cui ego deditus sum, vestrum autem audiendi et scribendi; Hęc autem consueta exercitia, Galenus appellat vitę instituta; dicunt^r autem hę operationes totius, quia totum corpus respiciunt; cum igit^r istę operationes duplices sint, ut innuimus, dubitat^r modo, de quib. hic loquat^r Avicennas. ~

Resolvendum, quod Avicenna hic non loquit^r de operationib. partium, quia de ijs tantum loquit^r,

quæ dicuntur naturales, et operationes partium non tantum dicuntur naturales, quia dantur et Animales, et Vitales, quæ non continentur in ipsis; et Avicenna tantum de naturalibus loquitur, ergo sequitur, quod Avicenna intelligat tantum de operationibus totius Corporis quæ nihil aliud sunt, quam consueta exercitia quibus Corpora sunt dedita; tales enim operationes dicuntur naturales, quia hæc sunt consueta exercitia, consuetudo autem est altera natura; itá ut febrem nocere operationibus naturalibus sit impedire hominem á consuetis exercitijs; et Resp.o huius est, quiá febris est morbus, morbus autem lædit operationes, ut dixit Galenus lib: de diff.is Morborum 1.o, sicuti ergo morbus partium lædit operationes partium, itá morbus totius lædit operationes totius, et febris est Morbus totius Corporis, ergo debet lædere operationes eiusdem.

Ex quibus omnibus enonciatis verè colligi potest, sensus deffinitionis ipsius febris, quæ sic habetur per Avicennam, nimirum, quod febris sit Calore naturalis mutatus in igneum in Corde, ab hoc communicatus toti Corpori per venas et arterias mediante spiritu et sanguine, et inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus ipsius Corporis, non sicut Caliditas iræ et laboris, dum non ultimatur.

Deffinitio hæc perfecta est, quia constat genere, et diff.ia, explicat essentiam ipsius febris, et hanc separat á quocumque alio calore, et

omnes difficultates tollit, quę circa febres contingere possunt. Quod constet genere, et differentia patet, quod verò explicet essentiam, et naturam febris, ipsamq: separet à quocumq: alio calore dubium non est; Quod verò denique tollat omnes difficultates, quę circa ipsam contingunt, hoc ex subsequentibus patebit.

1a. Difficultas est, quomodò febris generetur: cui respondetur cum ipsa deffinitione, in qua diximus, quod calor nativus adveniente aliqua causa interna, sive externa calefaciente in ipso corde mutatur in igneum, quo facto à corde communicatur toti corpori per venas, et arterias mediante spiritu, et sanguine, atq: sic imprimitur, ut corpus à consuetis exercitiis impediatur, et tunc febris est genita.

Hoc autem videtur repugnare Galeno, qui docens modum generationis ipsius febris in 1o. de diff.is febrium cap. 4o. scribebat febrem generari per partem post partem, quia dicit, quod in febribus, quę sequuntur inflammationes, et alios tumores preternaturales, calor à parte post partem communicatur cordi à parte inflammata, ergò sequitur, quod non mediante spiritu et sanguine calor communicetur ad constitutionem febris.

Respondetur, quod quandò à parte inflammata communicatur calor cordi, tunc absolutè febris dici non potest, nisi quandò posteà à corde communicatur toti corpori per venas, et arterias mediante spiritu, et sanguine.

2a. Difficultas est circa sub.tiam ipsius febris, dubitatur enim, quodnam verè dici debeat febris sub.tia;

Huius partis difficultatis solutio ex ipsa deffinitione colligitur; etenim triplex habetur sub.tum febris, unum dicitur effectivum, quod febrem scilicet efficiat; 2.dum dicitur sub.tum delativum, quia febrem defferat; 3.um vero dicitur sub.tum denominationis, et hoc est, quod febricitare dicitur.

Sub.tum effectivum febris est cor, nam cor efficit febrem; hoc sub.tum colligitur ex ipsa deffinitione, quia in ista diximus, quod calor accenditur in corde, accensus autem á corde ipso communicetur toti corpori, ac ita in corpore imprimatur, ut operationes corporis lędat, et sic fiat febris, ergó cor est sub.tum effectivum febris.

Sub.tum delativum sunt, sanguis, spiritusque; hoc autem esse verum ex deffinitione colligitur, ex qua habetur quod calor accensus in corde defferatur in corpus mediante spiritu, et sanguine, ergó &.

3.um sub.tum denominationis, seu subiectum illud, quod febricus dicitur, totum corpus est; hoc idem colligitur ex deffinitione, in qua habetur, quod calor accensus in corde communicetur toti corpori, et eiusdem operationis noceat, et tunc dicitur febris; sed ex his videtur colligi posse febrem non esse morbum cordis, sed totius corporis, quia totum corpus illud est, quod febricus denominatur; propterea non alia ratione febris dicitur morbus communis, nisi quia totius corporis est morbus; non poterit autem dici morbus cordis ipsa febris, quia ubi sit esset morbus partis determinate, et tunc est morbus proprius, non vero comunis.

2.a difficultas habetur, quia dictum est, quod calor

febris est calor naturalis mutatus in igneum, quapropter dubitatur an in febre calor naturalis mutetur in igneum in toto corpore, et in omnibus partibus constituentibus corpus an autem in aliquibus solum, scilicet praeter partes solidas in corpore detur etiam humores et spiritus; huius difficultatis solutio habetur pariter ex definitione praedicta, nam in ipsa dictum est calorem naturalem in ipsa febre mutari in toto corpore, et in omnibus constituentibus ipsum corpus; quod autem mutetur in toto corpore colligitur ex eo, quod dicitur in definitione, calorem scilicet igneum toti corpori communicari, et ita imprimi in corpore, ut noceat illius operationibus; quod autem in constituentibus ipsum corpus, et praecipue in sanguine, et spiritibus, ex definitione patet, quia in illa dictum est, quod calor communicatur toti corpori mediante spiritu, et sanguine.

4a difficultas est, an febris sit morbus simplex; scilicet calidus tantum, an compositus, quia calidus et siccus; ex definitione pariter habetur difficultatis resolutio, nam dictum est febrem esse morbum simplicem et calidum tantum, non vero calidum et siccum; in definitione enim febris fit mentio solum caloris et non siccitatis; cuius signum est, quod sit morbus simplex, calidus scilicet tantum; hoc idem habetur ex Galeno in lib: de definitione morbi cap: 6o, et lib: de morbis vulgaribus cap: 5o, ubi scribebat febrem esse morbum simplicem, et calidum tantum; extant

praetereà multa Galeni loca ubi solum de
caliditate mentionem facit relicta siccitate
quasi quod vellet innuere febrem esse Morbum
simplicem, et calidum tantum.
Locus est p.o in 6.o de morbis vulgaribus 24,
idem habetur de vena sectione cap: 2.o et in
5.o de medendi metodo cap: ultimo, et in
1.o de Medendi metodo cap: 9.o; Ratio praeterea
id suadet, nam id dicitur Morbus, quod laedit
operationes, at Febris laedit operationes ratione
caliditatis et non siccitatis, ergo Febris est
morbus calidus et non siccus; Maior patet, quia
proprium est Morbi laedere operationes ex Galeno
in lib: de Morborum diff.is cap: p.o; Minor
probatur ex deff.ne febris, in qua dicitur,
quod calor ita inflammatur, ut noceat oper:
ationibus, quod verò ratione siccitatis in febri:
citante non laedantur operationes probatur ex eo,
quod dantur febres, in quibus non est tanta siccitas,
ut haec possit laedere operationes, ut patet in
febribus ephimeris, in quibus non est tanta sic:
citas, quae possit operationes laedere, ut notorium
est.
Ex adverso autem varia adducuntur Galeni loca,
ex quibus videtur probasse febrem esse morbum calidum
et siccum; p.us est in p.o de temperamentis cap:
3.o ubi ait scribens febrem esse intemperiem
calidam et siccam; idem habetur 6.o de metodo
medendi cap: 9.o p.o Acutorum t.14.o p.o Aphor:
26 et 29; Ratio praeterea id suadet, quia

dictum est febrem esse calorem nativum mutatum in igneum, et calor igneus necessario habet annexam siccitatem, ergo febris non tantum erit calida intemperies, sed etiam sicca.

Vel omnis tollatur difficultas circa hanc quaestionem notandum, quod aliud est dicere febrem esse intemperiem calidam et siccam, et aliud est dicere morbum esse calidum et siccum, quia non omnis intemperies morbus est ea ratione, quia non omnis intemperies laedit operationes. Respondendum igitur febrem esse intemperiem calidam et siccam, quia est calor nativus mutatus in igneum, quia annexam habet siccitatem, et hoc est quod voluit Galenus in dictis locis; verum licet febris sit intemperies calida et sicca, non tamen est morbus calidus et siccus, sed est morbus calidus tantum, quia laedit operationes ratione caloris, et non ratione siccitatis.

Objiciunt tamen aliqui febrem esse morbum non solum ratione caliditatis, sed etiam siccitatis, et eorum ratio est, quia siccitas videtur, quod dici possit morbus in ipsa febre; hoc autem tali probatur ratione; id, quod indicat dicitur morbus, cum a morbo sumatur curativa indicatio, at siccitas indicat utendum esse humidis, cum scripserit Hippocrates lib: 1º Aphor: 16º, victum humidum convenire febricitantibus, humida autem indicantur a siccitate, ergo sequitur febrem non minus esse morbum calidum, quam siccum.

Huic Argumento potest satisfieri hac ratione quod indicat est Morbus tanseat, at siccitas non indicat humidis esse utendum, sed caliditas; haec enim indicat

esse frigidis et humidis utendum, ut habemus ex Galleno 9o Metodi 14, nam caliditas indicat frigidis esse utendum, ut rigor ipsius caliditatis tollatur; indicat autem utendum esse humidis caliditas, ut augmentum ipsius prohibeatur, nam humida tollunt siccitatem, quae apta est calorem augere.

Vel possumus obiectioni satisfacere tali pacto, quod indicat 1o et per se est morbus, at non indicat siccitas 1o et per se, sed 2ario et per accidens; nam indicat siccitas humidis esse utendum ut diximus propter ipsum calorem, quia humida prohibent augmentum caloris tollendo siccitatem, quae calorem auget, cum sit causa eiusdem. Concludendum igitur febrem esse morbum simplicem tantum actu, potentia vero siccum atque esse intemperiem calidam et siccam, sed non morbum calidum et siccum.

Quinta difficultas est an ad hoc ut sit febris sit necesse calorem esse accensum in corde; haec autem difficultas solvitur ex definitione, nam in ea dicitur, cum febris sit calor extraneus accensus in corde, ergo ad hoc ut sit febris necesse est calorem esse accensum, quod confirmatum fuit supra per auctoritates et rationes.

Contrarium tamen videtur posse probari argumento assumpto a febre illa flegmatica, quam Avicennas appellavit febrem epialam, nam in hac ait Avicennas partes exteriores omnes calidas esse, interiores vero frigidas, sed inter partes interiores adest cor, ergo cor in hac febre est frigidum, et sic in omni febre calor non est accensus in corde.

Insuper Hipp: pº prognos: textu 24 dicebat, quod in febre acuta expiratio frigida est signum lethale, sed expiratio frigida indicat cor frigidum, ergo datur febris, in qua cor est frigidum, et non calidum. His tamen non obstantibus necesse est affirmare in quacumque febre calorem esse accensum in corde.

Ad primum Argumentum de febre Epiala Respondetur, quod etiam in hac febre est accensus in corde, ut docuit Galenus in lib: de inequali intemperie cap: 8º, ubi aperte scribebat calorem in hac febre esse accensum in corde, et ratio id suadet, quia hec febris putrida est, et in febre putrida necessario humores putrescunt. Hoc dato elevantur fuligines putride, que calide sunt, et cor petentes necessario ipsum calefaciunt; verum licet calor in hac febre sit accensus in corde, non tamen manifeste presentitur propter copiam humorum pituitosorum in partibus internis latentium, et quia non presentitur hic calor, ideo Avic.s sequens inditium sensus dixit, quod partes interne frigide sunt, non quia revera cor sit frigidum, sed quia non sentitur: ut autem satisfaciamus Auctoritati ipsius Hippocratis, qui dicit dari in febre acuta expirationem frigidam, dicendum est, quod quando in febre acuta expiratio est frigida, tunc calor febrilis extinctus est, et corpus non dicitur amplius febriens, cum iam sit prope interitum, ut notavit Galenus 4º in 6º de Morbis vulgaribus textu 24; propterea dicebat Hipp: esse signum lethale.

Ultima tandem difficultas est, an ad hoc ut sit febris necesse sit, quod calor in toto corpore reperiatur; Huius difficultatis solutio habetur ex ipsa definitione febris, in qua dicitur febrem esse calorem accensum in corde, qui ita inflammatur in toto corpore, ut noceat operationibus.

Oppositum tamen uidetur Argumento desumpto à febribus intermittentibus, ut sunt 3.nę, nam in harum principio fit rigor, uel horror, aut refrigeratio, at cum hęc contingunt, corpus remanet frigidum, ergò calor in his febribus non reperitur in toto corpore.

Respondendum ex Auicenna infra cap. 30.°, ubi ait, quod in ipsa febre calor reperitur in toto corpore, cum hac limitatione, scilicet dummodo nil sit, quod impediat, quarè si in principio febrium intermittentium calor non reperitur in toto corpore, id contingit, quia aliquid est impediens: in principio autem febrium intermittentium id, quod impedit, nè calor reperiatur in toto, sunt humores, qui mouentur per partes sensibiles qui quidem motus tristem sensum faciunt, nam calor auffugiens ab eo, quod est noxium, et molestum necessariò ad partes internas recurrit, et sic externę remanent frigidę, et sic uidimus ea, quę spectant ad partem uniuersalem.



De Secondo Universali

Pars Seconda

Explanata febris deff.ne sermonem suum consuevit Auic: ad species, et diff.as ipsius febris variasq: ac diversas proponit febris divisiones, ab Arabib. 1.a, 2.a á Galeno, 3.a ab Hippocrate, et quæ communes habent, nos autem pró nunc velictis omnib. alijs divisionib. versabimur tantum circá 1.am, quiá valdé utilis est ad curationem ipsarum febrium, et necessarió debet medicus illas prægnoscere.

P.a divisio ut diximus desumpta est ab ab Arabib., et huius inventores fuerunt Rasis et Avenzoar; Rasis lib: 16.o continentis, Avenzoar veró in 3.o lib: suarum curationum cap: 1.o; divisio autem febrium huiusmodi est febris, nam aliæ sunt morbi, aliæ accidentia; Illas febres morbos appellant quæ ortum habent á suis causis, et alios morbos non sequuntur; huiusmodi sunt febres putridæ, quæ ortum habent ab humorib. putridis, et non sequuntur alios morbos; Illas veró appellant accidentia, et symptomata, quæ alios sequuntur morbos, ut sunt febres, quæ sequuntur tumores, vel alias inflamma:

tiones; Dicunt autem hæ febres accidentia, uel symptomata, quia sequuntur alios morbos eo modo, quo symptomata morbum sequuntur, sicuti enim ablato morbo remouentur symptomata, ut habemus ex Galleno lib: de differentiis symptomatum cap: 3.o; ita remotis morbis, quos sequuntur illæ febres, remouentur et ipsæ.

Reprobauit Auicennas hanc diuisionem, quia omnis febris morbus est, et non symptoma, quod quidem hac ratione probat; Omnis febris lædit operationem ut patet ex ipsa definitione, sed id, quod lædit operationem est morbus, ut ex Gal: lib: de differentiis morborum circa initia, ergo si febris semper est morbus non erit symptoma, cum inuicem distinguantur; Multa superaddita Auicennæ, ut reprobaret hanc diuisionem, uerum cum parui sit momenti illa omittemus; sed hanc Arabum sententiam Gal: Auctoritate confirmabimus, quæ quidem habetur in lib: de differentiis morborum cap: 5.o, ubi scribebat omnem febrem esse morbum, nullam autem esse symptoma.

Oritur difficultas ex eo, quod Gallenus multis in locis hac utitur diuisione, scilicet in febrem morbum, et febrem symptoma; Hoc expressit 1.o ad Glauconem cap: 3.o et 4.o; idem habemus 3.o in 1.o de morbis uulgaribus commentario 4.o et 4.o aphor: [illegible] et etiam 6 aphor: Comentario 14.o; Dicendum, quod hæc diuisio, si uno modo fiat, reijcienda est, scilicet ubi fiat, ut ab arabibus facta fuerit, nimirum quod febris, uel sit



morbus, uel symptoma absolutè; nimirum ea non est reijcienda, quia omnis febris morbus est, et nulla est symptoma, ut declaratum fuit, hancq: omninò reijciebat Gal: diuisionem lib: de diffis morborum cap: 5º; si autem fiat hoc modo, scilicet febris, uel est morbus tantum, uel non tantum est morbus, sed etiam habet modum actionis, et symptomatis, tunc diuisio hęc est recipienda, et hanc debet medicus diuisionem omninò nouisse nam dantur febres, quę tantum morbi sunt, ut diximus illas esse, quę non sequuntur alios morbos, quia sicuti symptomata remouentur ipso morbo remoto, ita huiusmodi febres remouentur, morbis ipsis, à quibus dependent pariter remotis; hoc modo accepit Gal: hanc diuisionem in locis enontiatis, in quibus hac utitur diuisione et hoc modo facta uerè est à medico pręcognoscenda, quia cum febris sit tantum morbus indicatio curatiua sumitur tantum ab ipsa febre cum uerò non tantum est morbus, sed etiam habet modum symptomatis, nulla indicatio sumitur ab ipsa febre, sed tota sumitur à morbo, quem sequitur ipsa febris, quia eo ablato febris etiam remouetur.

Completa 9ª diuisione febris ad aliam accedemus, quę triplex est, omnis enim febris, uel est hectica, uel humoralis uel effimera; Huius diuisionis fuit Auctor Gal: in 1º de diffis febrium cap: 1º, atq: etiam diuisio hęc colligitur ex deffinitione ipsius febris, diximus

enim in ea calorem esse accensum in corde, et in toto corpore, ita ut noceat operationibus; sed cor et totum corpus tribus tantum constat, et non pluribus, nec paucioribus, scilicet solidis, humoribus, et spiritibus, quia necesse est febrem accensam esse, vel in solidis, vel in humoribus, vel in spiritibus.

Verum cum est accensa febris accensione primo in solidis fit febris Hectica, cum accensione primo in humoribus est humoralis, sive putrida, cum verò est accensa accensione primo in spiritibus est ephimera; ut autem intelligatur hæc divisio, tria sunt explicanda; primum est, quid Avicennas intelligat per solida, humores, et spiritus; 2um quid per febrem Hecticam humoralem, et ephimeram; 3um quid per calorem accendi accensione primo, vel in solidis, vel in humoribus, vel spiritibus.

Quod spectat ad primum Responsio est, Galenum dupliciter accepisse solida, primo communiter, 2o propriè; cum propriè accepit, per solida intellexit partes illas, quæ seminales dicuntur, atque sunt partes omnes albæ, ut nervi, venæ, Artheriæ, ligamenta, tendines, Membranæ, Ventriculus, Intestina, et alia huiusmodi; Hoc modo accepit Gal: lib: artis medicinalis cap: 49o, et lib: De compositione medicamentorum cap: primo, aliquando accepit solida communiter, et tunc intellexit omnes partes seminales, et carneas, ut in primo de differentiis febrium cap: 5o, quia ibi accepit partes solidas, ut distinguantur ab humoribus, et spiritibus; at partes

solidae sic acceptae complectuntur omnes corporis partes et seminales, et carneas; Auicennas hoc in loco cum loquitur de solidis, accipit illas communiter, quia accipit illa, quae distinguuntur ab humoribus, et spiritibus.~
Quid verò per humores hic intelligat Auicennas, iam hoc expressit in prima parte lib: primi cap: de humoribus, quando ipsos diuidebat in primos et 2.os. primi autem humores sunt illi quatuor, qui constituunt massam sanguineam; Sanguis nimirum, Bilis, Pituita, et Melanconia; Generantur isti humores iuxtà sensum antiquorum in Epate; Aliter verò secundum sensum Recentiorum, ut iam habuistis in institutionibus medicinalibus; Semper autem producuntur ex alimentis assumptis, et in chilum mutatis in ventriculo praeter ipsam pituitam, quia non tantum generatur in Epate, sed etiam in ventriculo, ut docuit Auic: loco allegato, et isti sunt, qui primi dicuntur.~
Dantur et 2.i humores, qui nihil aliud sunt quam iidem primi humores transmissa de ipsa membra pro corporis nutritione, cum mutentur in substantiam propriam substantiae ipsorum membrorum, Quae cum ità sint quaeritur modo, de quibus humoribus intelligat Auicennas, cum dicit febrem humoralem fieri, dum calor accenditur in humoribus. Dicimus, quod Auicenna loquitur de primis quia loquitur de humoribus, qui sunt subiectum febris humoralis, sed isti sunt humores primi et non 2.di, quia 2.di non sunt subiectum febris humoralis,

cum sint subta febris hecticae, ut habemus ex Gal: 1º de diffijs febrium cap: 9º. ~
Verum isti quatuor humores dupliciter considerari possunt, uel seorsim; uel simul uniti, qui massam sanguineam constituunt; Hic Auicennas non conside rat hos humores seorsim, sed coniunctim, qui sci licet massam sanguinis constituunt; Hoc itaq esse manifeste declarat, nam considerans hi humores ut sunt subta febris humoralis, et humores qui sunt subtae febris humoralis, sunt simul uniti ad massae sanguineae constitutionem, nam febris 1º accendit in corde, in corde autem non reperiunt isti humores separati, sed uniti, et iunctim massam sanguineam constituentes. ~
Opponent tamen aliqui dicentes, nonne febris Hu moralis fit ab humoribus separatis, et seorsim acceptis, quia bilis est causa febris 3nae, et sic de reliquis, scilicet quotidiana fit a pitui ta; 4na a Melanconia, ergo febris putrida, siue humoralis fit ab humoribus separatim accep tis, non uero simul unitis. ~
Satisfacimus autem obiectioni hac ratione, nimirum quod aliud sit loqui de humoribus, qui scilicet humores sunt causa febris, aliud uero, ut sunt subta febris; Humores ut sunt causa febris, etiam seorsim acceptis, quia bilis est causa febris 3nae & qui uero considerans, qui sunt subta febris non seorsim accepti, sed ita sunt, quatenus simul uniti massam sanguinis constitu unt. ~

Quid uerò p spiritus intellexerit Auic:, notan: dum, quod spiritus nihil aliud est, quam corpus tenuissimum, et calidissimum genitum ex sanguine puriori, et ab Aere inspirato, atq: p[ri]m[u]m esse Ani: mæ instrum[entu]m p[ro] obeundis operationib[us]; colligit[ur] hæc deff[initi]o ex Gal: 4.o de usu partium cap: 1.o 3.o de natur[alibus] facultatib[us] commentario 1.o, et 10.o Method[i] cap: 3.o et 12.o Methodi cap: 5.o; Triplex autem est spiritus, Animalis, uitalis, et natur[ali]s; Spiritus Animalis generat[ur] in ipso cerebro, et est Instrum[entu]m uirtutis Animalis, et deffert uirtutem Animatam p totum corpus mediantib[us] neruis; Spiritus uitalis generat[ur] in ipso corde, et est Instrum[entu]m uirtutis uitalis, quæ deffert[ur] p uniuersum corpus p[er] Artherias; Spiritus autem natur[ali]s, de quo dubitant Medici an det[ur], generat[ur] in hepate atq: calliginosus, quia crassus est, et ob id dubitat[ur], an det[ur], cum ergò loquit[ur] Auicennas de spiritib[us], intendit omnes tres spiritus. ~
Quod spectat ad 2.m, p febrem ecticam Auicennas intelligit febrem accensam in membris solidis quæ quidem dicit[ur] ectica, siué habitualis, quia est ueluti habitus, nam sicuti habitus de difficili remouet[ur] ex Ariste cap: de qualitate, ità hæc febris, quæ est accensa in membris solidis difficilè tollit[ur]. 2.o dicit[ur] habitualis hæc febris, quia sub[iect]um huius febris sunt partes solidæ, sed partes solidæ constituunt habitum corporis, ut habemus ex Gal: lib: artis Medicinalis cap: 51.o ~

Per Febrē autē humoralē Auic: intelligit febrē illā accensā in humorib, idest in Massa sanguinea Hanc verò Galenus appellat putridā, ut p.º de diffis febriū cap: p.º, quia nō potest accendi febris in humorib, nisi putredo aliqua fiat, ut habemus in eodē lib: citato de diffis febriū cap: 1.º ~

Objiciunt tamen aliqui, et affirmant dari febrē accensā in humorib citrà putredinē, et hęc est illa, quā Gal: in lib: 9.º de medendi methodo cap: 4.º et 5.º appellabat febrē sy̆nocha sine putredine, nā scribebat ibi Gal:, quod in hac febre sanguis calefactus est sine putredine, sed in febre Sy̆nocha sine putredine calor est accensus in humorib, ergò dari potest febris humoralis etiā sine putredine. ~

Resp.ᵒ, quod calor ille accensus nō est febris, sed essentia ipsius febris, nā à calore accenso in humorib accenditur calor in spiritib cordis, qui posteà tunc febris est, quę appellatur sy̆nocha, et quā Galenus dicebat esse de genere ephimerarū. ~

3.ª verò dicitur febris ephimera, et hanc intelligit Auic: febrē accensā in spiritib, quę dicitur diaria, quià scilicet terminus huius febris est una dies, quià si hęc febris in spiritib accensa est, et spiritus habent substantiā admodū tenuē, quo fit, ut calor accensus in spiritib citò dissoluatur, et terminetur; contingit autē, cū talis febris nō fouetur ab aliqua causa nā si foueatur, potest extendi ad 2.ᵘᵐ et 3.ᵘᵐ, nec nō ultra; quod experientià uidemus, quod ꝑ hanc ronē sy̆nocha sine putredine quandoq: extendatur in 3.ᵘᵐ et 4.ᵘᵐ diē, quia fouetur à calore accenso in humorib,

et massa sanguinea, qui non tam citò extinguitur.

Quod 3.um quæsitum, nimirum quid sit intelligendum, dicendo humores accendi accensione p.a; per hæc verba vult intelligere Avic: calorem posse prius accendi in uno sub.to, quam in alio, ità ut sensus sit, quod quandò febris prius accenditur in solidis quam in humoribus et Spiritibus, illa est febris hectica; cum verò prius in humoribus, est febris humoralis; cum autem prius in spiritibus est febris ephimera. Concludendum igitur tria esse febrium genera, nimirum unum, quod constituit febrem hecticam; alterum, quod humoralem; alterum verò quod ephimeram ob rationem scilicet satis expressam, quod tria sint Sub.ta eiusdem, nimirum solida, humores, et Spiritus.

Opponunt tamen non nulli contra sic arguentes; Sub.tum febris est totum Corpus, ergò non sunt tria Sub.ta.

Resolvitur hæc dubitatio, si dicamus, quod duplex detur febris Sub.tum, unum scilicet denominationis, alterum inhærentiæ; Hoc autem 2.um, scilicet Sub.tum inhærentiæ duplex est, unum est totum Corpus, et est Sub.tum; Hoc paritur duplex, p.um et 2.um; Totum Corpus est Sub.tum denominationis, Sub.tum verò inhærentiæ; p.um sunt solida, humores, est Spiritus, quia febris p.o inest, vel solidis, vel humoribus, vel spiritibus; 2.um inhærentiæ Sub.tum est totum Corpus, et sic tollitur difficultas.

Sub his tribus generibus febrium multæ species continentur, nam sub hectica voluit Gal: tres generales species p.o di diff.is febrium, una enim, in

qua substantifica quidditas partium solidarum effervescit; 2a. in qua eadem humiditas substantifica consumitur; 3a in qua humiditas substantifica iam est consumpta.

Pa species hecticę difficilis est cognitionis, et facilis curationis, nam confunditur cum specie ephimera; fit enim á causis externis, á quibus fit etiam ephimera, nec in ea apparent signa febris hecticę, quibus dignosci possit, quę sint illa duo potissimum, unum scilicet, quod á cibo post horam calor excitetur, et augeatur in corde; 2um veró, quod Artheria præsentiat calidior cæteris partibus; hec autem signa non apparent in pa. specie.

3a. veró species hecticę facilis est cognitionis, et difficilis curationis; facilis cognitionis, quiá signa febris hecticę manifestissima sunt; difficilis veró curationis, quiá iam absumpta est humiditas substantifica, quę difficile potest, immó feré nunquam restaurari.

2a. veró species hecticę media est inter utrasque: cum neque sit difficilis cognitionis, ut pa., nec difficilis, vel impossibilis curationis, ut 3a.

Humoralis autem febris, et ipsa varias complectitur species, quę dessumuntur á Materia faciente febrem, nam mata, quę putrescit, et febrem humoralem efficit, vel est massa sanguinea, vel sunt humores determinati diversi á sanguine; cum putrescit Materia sanguinea fit febris synocha cum putredine ut ex Gal: 1o. de diffis febrium cap: 11o; cum veró putrescunt humores diversi á sanguine, vel pu:

trescit bilis, et fit febris 3na ; vel putrescit pituita, et fit febris quotidiana ; vel tandem putrescit Melanconia, et fit 4na. Isti autem humores vel putrescunt in uenis, vel extra uenas, cum in uenis, fit febris continua ; cum vero extra fit intermittens ; Huius autem rei ratio sic dari potest, quia cum mata est extra uenas, per porositates Corporis, quæ patentes sunt facile dissipatur, et dissoluitur ; Hac autem dissipata desinit febris, et sic fit intermittens ; Alia vero ratio est, quia tunc materia est separata ab alijs humoribus, et ob hanc causam non potest inficere alios humores ea caliditate, qua ipsa est affecta ; Hinc ea dissoluta necesse est, quod desinat febris. ~

Si vero mata putrescat in uenis fit febris continua, quia cum materia est in uenis, ob densitatem membranarum illarum non potest dissolui, et dissipari, ut fit quando mata est extra uenas, quod propterea febris non desinit, nam materia, quæ in uenis est, tangit alios humores eosque inficit calore illo, quo ipsa infecta est, quare licet ipsa dissipetur, non tamen desinit febris, quia remanet qualitas illa impura in alijs humoribus. ~

Febris Ephimera et ipsa est una, et terminus eius est unius diei et de hac loquebatur Gal: 9o methodi cap: 5o, ubi scribebat, quod hæc febris breui temporis spatio dissoluitur, cum non foueatur ab aliqua causa ; Hæc autem illa est, quæ et re et nomine diaria dicitur ; re, quia calor est accensus in spiritibus ;

rone, quia unius diei tantum est eius terminus; Altera autem ephimera est, quae extendit in 3um vel 4um diem ex Gal: 9o method: et haec est illa, quae ut diximus fovetur ab aliqua causa, et ob id potest in 3um, vel in 4um diem extendi ex Gal: loco citato 9o method: ubi dicebat, quod haec est re diaria, sed non rone; re, quia calor accensus est in spiritibus, non autem rone, quia extendit terminum ultra diem

Ex his, quae dicta sunt, aliquae modo insurgunt difficultates; sed 1o est, quod Auicennas dixit, corpus nostrum tribus tantum constare substantiis; scilicet ex solidis, spiritibus, et humoribus, quod quidem cadit sub dubitatione, nam corpus nostrum constituitur ex elementis, item ex capillis, et unguibus; insuper datur etiam materia seminalis, et chilosa; Ulterius in corpore nostro datur serositas praeter 4or humores, quae, et ipsa potest esse subiectum febris, immo et ipsum Auicennam in hoc 1o cap: praeter illa tria substantia enontiata, dixit in corpore nostro reperiri substantiam quandam, quam ipse appellabat humores effusos; Obiectionibus istis contra Auicennam adductis, paucis satisfacimus; Hic enim Auicenna non loquitur de omnibus instituentibus nostrum corpus, sed tantum de illis, quae subiectum febris esse possunt, nam licet alia dari possint, reducuntur tamen ad illa tria, quod quidem sic declaramus; Pili, et ungues non sunt subiecta febris determinata, reducuntur autem ad illa tria, cum haec ex elementis constituantur, ut haec constituunt illa tria enontiata ab Auicenna, si non proxime, saltem remote; De serositate autem, et de substantia illa, quam dixit

Auicennas uapores effusos; dicimus serositatē reduci ad humores, quod fit dupliciter, uel quiá serositas per Auicennam reponitur inter species pituitę tenuis, uel quiá sicut dantur diuersi humores, itá dantur diuersę serositates, nam unusquisq: humor habet suam serositatē.
De illa autē substantia, quę ab Auicenna dicitur uapor effusus, dicendum est, quod hęc reducitur ad spiritus, nam ea est, de qua locutus est Gal: 5.o simplicium medicamentorum cap: 8.o, ubi scribebat, quod in spatijs inanitis membrorum continetur quędam substantia tenuis, quę non est spiritus, sed alterata á calore in spiritum conuertitur, cum igitur conuertatur facilé in spiritum, alterata sequitur, quod ad spiritum reducatur, neq: possit dici 4.ta subiectum ipsius febris, sed consideratur tanquam spiritus, qui posteá fit subiectum febris ephimerę.
2.a difficultas est, an hęc diuisio sit data per differentias essentiales, an veró per accidentales; Gal: 1.o de differentijs febrium cap: 1.o dicebat diuisionem hanc esse datam per differentias essentiales, quod uidetur rationi inhęrere, cum hęc diuisio sit desumpta á definitione ipsius febris, quę explicat essentiam eiusdē.
Videtur autē ex alia parte, quod oppositum desumatur ex ipso inquam Auicenna, qui loquendo dé hac diuisione dicebat diuisionem hanc esse proximam diuisioni eueniententi per differentias essentiales. si ergó data est per differentias proximas essentialibus, ergó veré non est data per differentias essentiales, et hoc non est ratione alienum, nam differentię essentiales



desumunt á forma rei, at diff.e istę constituentes hanc divisionem sunt desumptę á materia, et á subiecto, ergó veré non sunt essentiales.

Respondendum per distinctionem differentiarum essentialium, quę dupliciter considerantur; alię enim sunt diff. essentiales absoluté et simpliciter, et alię secundum quid: diff.e p.e desumuntur á forma, et reperiuntur huiusmodi diff.e in substantiis tantum, et in his, quę se habent ad modum substantię; diff.e autem essentiales secundum quid desumuntur ab his á quibus res pendet in esse, atque reperiuntur huiusmodi diff.e in accidentibus, quę secundum modum actionis considerantur, et quia accidentia, quę secundum modum actionis considerantur habent esse á sub.to, ut docuit Aristoteles; ideó diff.s essentiales accidentium, ut accidentia sunt, desumuntur á sub.to, cum ergó febris sit accidens, et consideretur ut habet modum actionis, quia consideratur ut inest sub.to; ideó diff.e essentiales febris debent ab ipso sub.to desumi.

His præmissis, si loquamur de diff.is essentialibus simpliciter, dicendum divisionem hanc non esse datam per diff.s essentiales, et hoc est, quod innuebat Avic: quandó scripsit divisionem hanc esse datam per diff.as primas essentialibus; si veró loquamur de diff.is essentialibus secundum quid utique affirmandum divisionem illam esse datam per diff.as essentiales.

3.a difficultas est, quod Avicennas dixit, quod cum calor prius accendatur in solidis, quam in humoribus, et spiritibus fiat febris ethica, ergo vult calorem prius posse accendi in solidis, quam in humoribus, et spiritibus, quod repugnat præscriptis

à Galeno in lib: 1º de diff.is febrium 3º, ubi seri:
bebat calorem prius accendi in substantia tenuiori,
quam in crassiori, ea ratione, quod tenuis substantia fa:
cilius alteretur, quam crassior, sed substantia spirituum,
et humorum tenuior est substantia solidorum, ergò pri:
us debet accendi calor in spiritibus, et humoribus, quam
in solidis. ~
Verum si consideremus hanc rationem, sequeretur, quod
semper ephimera præcederet putridam, et putrida
ecticam, quod quidem falsum est, quia ad hoc ut fiat
febris putrida, necesse est aliquem humorem pu:
trescere, à quo eleventur fuligines putridæ, quibus
non possunt alterare spiritus, cum sint tenuissimi,
et levissimi, quod verò quidem possit accendi fe:
bris in solidis, quam in humoribus, et spiritibus; hoc
desumit Avicennas ab ipso Gal: in lib: 1º de diff.is
febrium cap: 1º, ex quo habemus dari posse ecti:
cam incipientem; si igitur non potest prius accendi ca:
lor in solidis, quam in humoribus, et spiritibus, non
daretur ectica incipiens, sed semper sequeretur vel ad
humoralem, vel ad ephimeram; sed hæc datur incipi:
ens, ut confirmatur ex Gal: de diff.is febrium cap: 6º.
Aut conceditur ab omnibus græcis Medicis, ut ab Aen:
tio, Paulo, et Alexandro Traliano; ab Aetio cap:
93º, à Paulo lib: 3º cap: 20º, et ab Alexandro
in lib: 12º, ergò signum est, quod possunt prius ac:
cendi solida, quam humores, et spiritus. ~
Obiectis ergò satisfacere possumus dicentes
quia aliquando in corpore nostro partes solidæ
sunt magis aptæ, ut alterentur à calore, quam

humores, et spiritus, quod contingit, quando partes solidæ sunt calidiores, quam humores, et spiritus, quia in habentibus symbolum facilior est transitus, quod autem partes solidæ possint esse calidiores enon: tiatis, sic declarari potest, supponamus hoc idem cor: pus usum esse alimentis frigidis, á quibus generarentur humores in illo, et spiritus erunt frigidi, partes so: lidæ erunt calidæ, ergó adueniente causa alterante, tunc paritur alterantur partes solidæ prius, quam hu: mores, et sic uerificatur propositio, quod calor potest prius accendi in solidis, quam in humoribus.

Ad auctoritatem autem Galeni, in qua habemus, quod tenuior substantia promptius alteratur, quam crassa; Res: pondemus propositionem hanc ueram esse suppositam iden: titate temperamenti, cum enim huiusmodi temperamen ti sit materia crassior, quam tenuior, tunc facilius al: terabitur tenuior, quam crassior; quod si temperamen: tum erit diuersum, itá ut temperamentum crassioris substantiæ sit calidum, et tenuioris sit frigidum, tunc certé alterabitur facilius materia crassa, et calida, quam tenuior, et frigida.

Ultima tandem difficultas est, quod non uidetur, quod possit dari febris ethica, in qua prius sint solidæ partes calefactæ, et ratio est, quia ex deffinitione ipsius febris habemus, quod hæc communicatur toti corpo ri mediante spiritu et sanguine, ergo prius ca: lor debet accendi in humoribus et spiritibus, prius quam accendantur partes solidæ ad constitutionem ethicæ.

Respondetur non esse necessarium ad constitutionem

ectica, quod calor prius sit accensus in partibus so:
lidis ipsius corporis, sed sufficit, quod sit in
p.is accensus in solidis ipsius cordis, in alijs postea
mediante spiritu, et sanguine.

Sed adhuc urget instantia, et est, quod videtur
esse falsum, quod calor in ectica accendatur prius in
solidis ipsius cordis, et precipuè in ectica illa, quę
insequitur putredinem. Respondetur quod hec fe:
bris ectica, quę est introducta, vel potest referri
ad calorem putridę, quę fuit ipsius causa, vel non
ad calorem, qui non accenditur in humoribus, eodem ac:
censo in solidis; si p.o utiq: prius calor est
accensus in humoribus, quam in solidis, in 2.o prius
est accensus in solidis, in quibus constituitur ectica.

Expositis p.is duabus divisionibus transit ad 3.am Avic:
quę est divisio secundum communem opinionem, quę
subdividitur in alias species, p.a est, quod alię sint
febres acutę, et alię non sint acutę.

Per febres acutas duo possumus intelligere, p.o sci:
licet febres illas, quę habent calorem ad tactum
mordacem, ut habemus ex Hippocrate p.o in 6.to
de morbis vulgaribus comen: 29.o; 2.o possumus in:
telligere febres illas, quę velociter mouentur, et cum
periculo, quomodo has accepit Gal: lib: 2.o aphor:
ismorum coment: 23.o. Hic Avic: per febres acutas
intelligit illas, quę velociter mouentur, et cum periculo
quę quidem febres in multiplici sunt differentia; Alię
enim sunt acutissimę exactę, alię sunt acutissimę
sed non exactè, alię sunt acutę exactè, alię sunt
acutę non exactę; alię verò sunt acutę ex deci:

dentia, et aliæ acutæ prohibitæ. ~
Acutissimæ exactè sunt, quæ cum maximo periculo mouentur, et uelocissimè, ita ut 7.um diem non pertran:seant. ~
Acutissimæ non exactè sunt, quæ mouentur eodem modo, tamen pertranseunt 7.um, et in 14.a terminantur ~~[illegible]~~ ~
Acutæ exactæ, quæ mouentur celeriter, et cum periculo, sed non transeunt 14.um et in 14.a terminantur. ~
Acutæ non exactæ sunt, quæ habent periculum, et cele:ritatem, transeunt 14.um diem, et in 20.a terminantur.
Acutæ ex decidentia sunt febres illæ, quæ celeriter mouentur, et cum periculo usq: ad 20.um, qua transacta lentè, et tardem mouentur, et terminum habent in 40.um. ~
Acutæ tandem prohibitæ sunt illæ, quæ lentè et tardè mouentur à principio usq: ad finem, qui quandoq: est in 40.um, quandoq: ultra 60.um diem iuxta maiorem, uel minorem redondantiam crassæ materiæ ipsas constituentis, et hæc est series acutarum febrium, de quibus loquitur Auic: in hac diuisione ~
Per febres uerò non acutas Auic: intelligit illas febres, quæ non mouentur uelociter, ut sunt quotidianæ, uel si mouentur uelociter, carent periculo, ut sunt 3.næ ~
2.a diuisio est, quod febres aliæ sint croniche, aliæ non cronicæ; per cronicas autem intelligit Auic: illas febres, de quibus locutus est Gal: lib: 2.o de diebus indicatorijs cap: 12.o, in quibus dicebat quatuor dari conditiones, 1.a est, quod sint intermittentes; 2.a quod lentè et tardè moueantur;

3.a quod dies 40.um attingant; 4.a verò, quod fiant ex lentis, et tardis humoribus.~

Per febres verò non cronicas, intelligit omnes febres, quæ non attingunt diem 40.um, vel si attingant sunt continuæ, ut sunt febres illæ, quæ dicuntur acutæ ex decidentia, de quibus loquebatur Gal: in loco citato. iste autem febres acutæ ex decidentia sunt, quæ ab initio habent acutiem, hac autem remissa extenduntur usq: ad diem 40.um; Sunt etiam illæ febres, quæ continuæ sunt, et moventur lentè et tardè à principio usq: ad finem, atq: extenduntur usq: ad diem 40.um, et ultra, de quibus pariter locutus est Gal: in loco citato, et appellabat has febres acutas exhibitas.~

3.a divisio est, quod febres aliæ sunt nocturnæ, aliæ diurnæ; per febres diurnas intelligit omnes illas, quæ in die habent accessiones; per nocturnas illas, quæ in nocte pariter habent accessiones; de his febribus nocturnis, et diurnis locuti sunt Hippo: et Gal: 3.o in 1.o de morbis vulgaribus, et infrà cap: 50.o ubi has docet curare Hippo: loquens de febribus nocturnis, scribebat febres diurnas longiores esse, et leviores nocturnis; quod quidem videtur repugnare rationi; si quidem febris nocturna fit à crassioribus humoribus; quia tempore nocturno tales vigent humores cum autem nocturna hæc febris pendeat à similibus humoribus crassis, tardius etiam resolvitur, quia nocturna febris erit longior diurna; Gal: conatur rationem reddere, quare diurna febris sit longior, et levior nocturna; cuius autem

ratio talis est, quia diurna est longior
et leviter minorem dissolutionem humorum faciendum fe:
brem, nam humorum dissolutio solet fieri in decli:
natione febris, vel in fine status, at in declina:
tione et fine status febris diurnae non potest fi:
eri dissolutio humorum, et ratio est, quia febris
diurna habet accessionem in die, ergo decli:
natio accessionis continget in nocte, at in noc:
te non potest fieri dissolutio humorum, quia
frigiditate aeris constipant meatus corporis,
sunt autem quoque deleteriores, quia in febribus
diurnis vires magis debilitant, nam istae fe:
bres accessionem habent in die; In Accessio
nibus abstinendum est a Medicamentis, et Ali:
mentis in nocte, ubi hoc faciendo impedit
somnus, quo impedito debilitant vires, et
virtutes; Iure igitur Hipp: dixit febrem diurnam
esse longiorem, et deteriorem nocturnam.
Haec divisio non est generica, cum Galenus scrip:
serit febres tantum pituitosas dividendas esse
in diurnas, et nocturnas; Hoc etiam comprobat
alter Auctor, cum eo loco reponat diurnas
et nocturnas inter pituitosas febres, et licet etiam
aliae febres quae sunt 3nae. et 4.tanae possint
accessiones habere modo in die, modo in nocte,
tamen stricte dividi non possunt in diurnas, et
nocturnas, et ratio est, quia ad hoc ut sub hac
divisione contineantur, debent habere acces:
siones semper eadem hora invadentes, ut
contingit in febribus pituitosis, aliae vero

modò citius, modò tardius habent accessiones.
Hoc autem contingit, quia aliæ febres habent humores, qui facilius mouentur, et sic habent accessiones inæquales; ideò etiam si aliquando habent accessiones in nocte, aliquando in die, non verò tamen diurnæ, et nocturnæ dicuntur.
Aut dicuntur pituitosæ, in quibus accessiones semper contingunt eadem hora, ita tamen ne solæ dici possint diurnæ, uel nocturnæ, et hoc propter naturam et fixionem humoris pituitosi uiscidi, et crassi facientis febrem. ~
4.ª Diuisio in ordine talis est febrium aliæ enim sunt salubres, aliæ verò insalubres;
Per salubres eas intelligit Avic: , quæ periculo carent; per Insalubres verò, quæ habent periculum annexum, quæ autem sint huiusmodi febres dubium est; communis autem opinio est, quod carentes periculo sint intermittentes; cum periculo verò continuæ; sed hæc Responsio est á veritate aliena, quia dantur febres intermittentes, quæ non carent periculo nam febres quotidianæ intermittentes sunt et tamen, ut scribebat Gal: in lib: p.º ad Glauconem cap: 8.º non sunt sine periculo, et hoc duplici ratione, p.ª est, quia licet febris sit quotidiana intermittens, habet tamen tempus infebricitationis tam breue, ut uires instaurari non possit; 2.ª quia huic febri annectitur simptoma, quod multum debilitat uires, nimirum imbecillitas uentriculi, ut docuit Gal:

loco citato, cum vero ventriculus imbecillis est, probe non concoquit Alimenta, quæ sumuntur; id circo virtus confirmari non potest, immo in dies magis in hac febre debilitatur, neque satisfacit opinioni illorum, qui sustinent intermittentes febres esse sine periculo; Auctoritas est desumpta ab Hipp: 4º aphoris: n 43, ubi scribebat, quod febris quocumque modo intermiserit, periculo caveat, nam hæc Auctoritas limitatur ex eo, quod ibi Hipp: non loquitur de omnibus febribus intermittentibus, sed de iis tantum, quæ fiunt a bile, non vero de aliis, quæ fiunt ab humoribus crassis.

Concludendum igitur, quod febres salubres non debemus intelligere intermittentes febres illas, quæ carent accidentibus magnis prosternentibus virtutes; illæ vero dicuntur insalubres, et periculum habent annexum, quibus magna symptomata insunt; sive febres illæ sint continuæ, sive intermittentes, nam etiam in 3anis intermittentibus a Bile sæpe prava symptomata succedunt ut experimur quæ vero sint ista magna symptomata docuit Gal: 1º ad Glauc: Cap: illo, quod inscribitur febris cum Accidentibus.

3a Divisio est huiusmodi; Aliæ sunt febres intermittentes; Aliæ continuæ; quæ intermittentes illas intelligit febres, quæ desinunt ad infebricitationem: hoc est quæ habent tempus infebricitationis: tales sunt 3anæ quotidianæ, et 4anæ intermittentes, quæ omnes perveniunt ad tempus infebricitationis non tamen æqualiter, quia idem tempus infebricitationis

est longius alijs; In 3anis longius quam in quotidianis.
Febres autem continuae in duplici sunt diff.ae Aliae
habent accessiones, Aliae carent accessionibus, sed
unicam tantum habent á principio usq: ad finem.
Febres continuae, quae habent accessionem illae
sunt, de quibus Gal: lib: 2o de diff.is febrium cap:
3o febres continuas appellant, quae referunt naturam
uel 3anae uel quotidianae, aut diurnae, nam habent
accessiones de 3o in 3um, licet sint continuae di
cuntur febres proportionatae 3anis; cum habent acces:
siones quotidie, dicuntur proportionatae quotidianis.
Cum de 4o in 4um quartanis. Febres uero
continuae, quae non habent accessiones, sed unicam
tantum á principio usq: ad finem, sunt illae quae á
Graecis Synochae appellantur, et á Latinis unifor:
mes; Sunt á Graecis Agmastica, paragmastica et
Omotoma; á Latinis crescentes, decrescentes, et
semper remanentes in eodem statu; Crescentes
quando plus est quod apponitur, quam quod resol
uatur; Decrescentes, plus est, quod resoluitur
quam quod apponitur. Remanentes semper in
eodem statu, quia tantum est, quod resoluitur
quam quod apponitur. ~
6a Diuisio talis est, febres aliae sunt frigidae,
aliae non frigidae; per frigidas febres Auic: omnes
eas intelligit, quae inuadunt uel cum rigore, uel cum
horrore uel cum simplici refrigeratione; Per rigo:
rem intelligimus affectum illum, in quo partes omnes
externae refrigerantur, mouentur, et agitantur; Per hor:
rorem uero affectum illum intelligimus, in quo partes

exteriores omnes refrigerant: verum citra motum partium, sed solius superficiei; cum refrigeratione vero quando partes exteriores per appositionem tantum materiae crassae refrigerant.

Per febres autem non frigidas dicit: eas intelligit, quae inuadunt citra praeposita accidentia, scilicet citra rigorem, horrorem, et refrigerationem; oritur autem difficultas, et quaeritur quaenam sint istae febres, quae fiunt cum rigore, horrore, et refrigeratione, et quaenam sint illae, quae citra haec symptomata fiunt.

Communis Responsio est, quod febres, quae inuadunt cum rigore, horrore etc. sint intermittentes, quae vero sine his sint continuae.

Responsio falsa est et repugnat doctrinae ipsius Gal:, quia dantur febres intermittentes, quae possunt inuadere sine rigore, horrore, et refrigeratione; quod autem dentur intermittentes, quae inuadunt sine rigore patet, nam haec fiunt, cum materia mouetur a venis extra venas, et mouetur velociter per partes sensibiles ipsius corporis ut docet Gal: in lib: de rigore, et tremore. sed possunt etiam fieri intermittentes febres, absque hoc, quod materia moueatur a venis extra venas, quod contingit, cum materia faciens febrem putrescit in ea parte, in qua generatur; et tunc in hac non fit rigor, nec horror, nec refrigeratio; Potest etiam materia moueri a venis extra venas sensim et paulatim, et non excitare rigorem etc. quia ad hoc ut haec accidentia resultent, oportet, quod materia velociter moueatur, cum autem non ita succedit, licet febris sit intermittens, non fiunt hi motus, et hoc contingit in febribus longioribus intermittentibus.

cum Materia imminuta est, et eius qualitas est remissa tunc enim sensim et paulatim movet Corpus, et non potest vigorem, horrorem, et refrigerationem excitare; quod autem continuae etiam cum vigore fieri possint, testatur Gal: 9.o ad Glauconem cap: 2.o ubi ait, quod cum Fluxus fit vigor, non est inferendum febrem esse intermittentem sed alia signa requirenda esse, quia ait, et in febribus continuis Fluxus vigor fieri potest; Satisfaciendum igitur quesito est, dicentes, quod febres illae, quae incipiunt cum vigore et ut plurimum sunt intermittentes, aliquando continuae, sed raro; quae vero incipiunt citra hac, ut plurimum sunt continuae, aliquando intermittentes sed raro. ~

Septima, et ultima divisio est, quod febres aliae sunt simplices, aliae sunt Compositae; Per febres Simplices duo possumus intelligere, nimirum illas febres, quae carent venenositate, et malitia, quomodo eas accepit Gal: et Hipp: in 2.o prog: 2.o, possumus etiam has intelligere febres, quae carent compositione. ~

In febribus autem variae dantur Compositiones, una est ratione compositionis alterius morbi omnino distinctae a natura ipsius febris, ut quando cum febre essentiali coniungatur pleuritis, Angina, dolor colicus; 2.da vero compositio est ratione complicationis humorum constituentium ipsam febrem, ut sunt febres illae, quae fiunt vel ex bile maioris famae, vel ex bile minoris famae, scilicet ex congestione humoris biliosi, et pituitosi, vel biliosi, et melanconici; 3.a Compositio fit ratione complicationis febrium eiusdem speciei, ut contingit in duplici 3.ana, in qua dantur duae febres eiusdem speciei, quae diversificantur ob duplicationem.

4.ª demum complicatio febris respectu febrium diversæ speciei, ut quando dantur febres 3.ªnæ et quotidianæ simul, quæ quidem complicatio quatuor modis succedit, vel quando coniungitur febris 3.ana continua cum quotidiana continua, vel quando coniungitur 3.ana intermittens cum quotidiana intermittente; 3.º quando coniungitur febris 3.anæ continua cum quotidianæ intermittente; 4.º verò quando coniungitur febris 3.ana intermittens cum quotidiana continua, ex qua compositione resultat febris illa quæ dicitur Emitriteus, et ab Hipp: Semi3.ana;

5.ª tandem complicatio febris est quando sunt duæ febres diversi generis in eodem subiecto ut quando coniungitur febris hectica cum febre putrida, quæ compositio quando datur cognoscitur ab urinis, ab accessionibus, et à fætore excrementorum; concludendum igitur, quod per febres simplices Avic: intelligit febres servantes simplicem naturam, sine admixtione alterius humoris febricitantis, aut compositionis cuiuslibet; per compositas verò febres illas, quæ habent unam, vel alteram compositionem ex iam super adductis, et sic devenimus ad explicationem 2.i universalis.

De Tertio Universali

Pars 3.ª

Subsequitur modo expositio 3.i universalis quod spectat ad cognitionem illorum corporum, quæ sunt magis, vel minus obnoxia febribus, et hoc declaratur ab Avic: in præsenti cap: 5.º, quod propterea

ipsum nos insequentes de ipsis agemus; primo docendo quæ corpora sint magis obnoxia, et quæ minus, quæ cognitio utilis est, et rone curationis, et rone prædictionis; rone curationis quia ea corpora magis obnoxia febribus, ubi in febres incidant debilioribus utimur auxiliis, ubi vero ea, quæ minus obnoxia febribus iis corripiuntur, validioribus utimur, et hoc est cum rone, nam ea corpora, quæ magis obnoxia sunt febribus, a quacumque debili causa febre corripiuntur, cum autem causa est debilis, effectus etiam est debilis, et quo debilior effectus est, debilioribus utimur auxiliis; Illa vero corpora, quæ minus sunt obnoxia, non possunt corripi febre, nisi a valida causa, at quo validior est causa, validior etiam est effectus, et quo validior est effectus, eo validioribus utimur auxiliis, et hæc est utilitas, quæ ex tali cognitione percipitur rone curationis.

Quo vero ad prædictionem ea corpora, quæ magis obnoxia sunt febribus, cum in febres incidant, minus periclitantur, et facilius curantur, cum vero e contra corpora minus obnoxia, iis corripiuntur difficilius etiam curantur; docet hoc Hipp: ex lat: aphor: 34. Iure igitur voluit Auic: docere in hoc capi: quæ corpora sint magis obnoxia, et quæ minus febribus; utrumque facit primo docendo, quæ magis: 2° quæ minus. 3° quæ medio modo sunt febribus obnoxia.

Ut autem intelligatis, quæ ab Auic: dicuntur, duo sunt annotanda; primum est, quod hic non loquitur de uno genere febris tantum, sed de omni; 2° de humoralibus, ephimera, et ethica, expresse quidem de humo:

rali et ephimera; tacite vero de ethica, quia idem est in illius ephimera, et ethica; Alterum est Avic: hic loqui de omnibus temperaturis corporum, expresse quidem de corporibus calidis et humidis; de calidis et siccis; de frigidis et humidis; de frigidis et siccis; nec non de corporibus calidis tantum, et de humidis tantum; loquitur vero tacite de corporibus frigidis tantum, et de siccis tantum; et ratio est, quia ex his, quae dicuntur de alijs corporibus intelligitur quid de frigidis tantum, et tantum de siccis sit agendum.

His sic stantibus explicans Avic: quae corpora sint magis obnoxia febribus, statuit esse calida et humida, et calida et sicca corpora, inter quae ait Avic: quod nullus sit exquirendus ordo; quia haec aequaliter sunt febribus obnoxia; quod declaravit dicendo corpora calida et humida esse obnoxia febribus putridis, praesertim cum humiditas datur et excedit; quia humiditas materialis, et materia est putredinis, unde adveniente calore extraneo contingit putredo, ad quam necessario sequitur febris; corpora vero calida et sicca obnoxia sunt febribus ephimeris quia habent spiritus, qui facile inflammantur, et accenduntur; et quia haec corpora calida, et sicca sunt obnoxia febribus ephimeris, ut corpora humida febribus putridis, ideo inter haec corpora nullus constituitur ordo.

Verum circa corpora calida et humida duo sunt adnotanda; primum quod haec corpora non dicuntur magis obnoxia febribus putridis, quia magis sunt obnoxia obstructioni, quae causa putredinis est ex Gal: ii.o

methodi cap: 5º, nam talia corpora non dicunt ob:
noxia obstructionib, cum habeant uenas amplas, ut
docuit Gal: lib: artis Medicinalis; ideo ob hanc ca:
usam non dicunt obnoxia obstructionib, sed febri:
citantib faciliús, quia adueniente causa faci:
ente putredinem, faciliùs in his corporib con:
tingit putredo, quam in alijs propter humiditatem.
Alterum notandum est, quod corpora calida et humida
non dicunt obnoxia febrib putridis propter sangui:
nem, qui debet redondare in his corporib, cum
sanguis non putrescat facilé, sed difficilé, qualis
calidus et humidus sit, quia sanguis, ut scribit
Avi: est vitæ thesaurus, et ob hanc causam non
permittit natura ipsum putrescere, sed resistit il:
lius putredini, quantum potest; dicunt tamen ob:
noxia febrib putridis propter multas humiditates
excrementitias, quib maxime abondant talia
corpora, et ob hanc ronem cernimus in hisce
corporib humiditates continuo excerni, quæ
illæ sunt, quæ maxime possunt humores dispo:
nere ad putredinem.
Docet etiam Avic:, quæ corpora sint minus obnoxia fe:
brib, alq: ait esse corpora frigida et humida,
frigida et sicca; Ratio autem, quare corpora mi:
nus febrib obnoxia sint, est, quia in ijs deficit ca:
lor, qui corpora disponat ad febres.
Docet ultra Avic: quæ corpora medio modo se habent
cum dispositionib ad febres, et inter hæc dicit esse
calida tantum, et humida tantum; nam ista sunt ob:
noxia febrib ephimeris ea ronem, quod corpora calida

tantum spiritus habent, qui facile accenduntur, ad quorum accensionem fit febris ephimera; corpora vero humida tantum sunt obnoxia febribus putridis, quia in ijs redundat humiditas, quae ut diximus putredinis est materia; verum quamvis febribus ephimeris sint obnoxia corpora calida, et humida putridis; minus tamen inquit Avic: esse obnoxia febribus, quam calida et humida, et calida, et sicca, magis autem, quam frigida et humida, et frigida et sicca; quod praeterea in medio horum sunt reponenda. Confert praeterea invicem calida tantum, et humida tantum, et dicit quod calida tantum sunt magis obnoxia humidis tantum: quia prima sunt magis obnoxia febribus ephimeris, quam humida tantum putridis.

Verum in dictis ex Avic: aliquae contingunt difficultates, et prima est, quia Avic: dicit corpora calida et humida et calida et sicca esse aequaliter obnoxia febribus; quod repugnat Gal: Lib: 4.o de Meth: med: cap: 4.o, ubi scribebat quod corpora calida et sicca sint magis obnoxia febribus, quam calida et humida. Immo Avic: infra cap: 2.o ubi habet corpora calida et sicca esse magis obnoxia febribus.

2.a difficultas est, quia Avic: inter corpora, quae medio modo se habent, reponit calida tantum, et humida tantum, Gal: autem d.o loco, non calida tantum, et humida tantum reponebat; Praeterea Avic: hic videtur diminutus, quia loquitur de corporibus frigidis tantum, et siccis tantum. Insuper, et ultimo hic Avic: nihil dicit de corporibus temperatis, de quibus tamen Gal: locutus fuit in loco supradicto.

tato. ~

Ad p.m R.o quod cum quaevis quae corpora sint ma:
gis obnoxia febribus vel loquimur de omnibus
generibus febrium vel de ephimera tantum;
si de omnibus dicendum est, quod corpora calida
et humida et calida et sicca aequaliter sunt obnox:
ia febribus, quia scilicet eadem rone, qua corpora
calida et sicca sunt obnoxia febribus ephimeris,
ita et febribus putridis calida et humida, et
hoc est, quod innuebat Avic: in hoc cap: cum
loquamur de omni genere febrium; si vero
loquamur tantum de ephimeris febribus, dicen:
dum est, quod corpora calida et sicca sunt
his magis obnoxia, quam calida et humida et
hoc est, quod voluit Gal: lib: cit.o 8.o Method:
et Avic: cap: 2.o Ad 2.m eodem modo de:
bemus respondere nam si loquamur de om:
ni genere febrium, inter quas est febris putrida
inter corpora, quae sunt in medio reponenda sunt
humida quia haec sunt obnoxia febri putridae;
quod si loquamur de febre ephimera, tunc
inter ea reponenda sunt sicca et pariter docuit
Gal: loco supra d.o 8.o Methodi ~

Ad 3.m Respondendum, quod ex his, quae dixit Avic:
ex aliis corporibus colligitur quid de frigidis
tantum, et siccis tantum sit dicendum, quia
ita se habent corpora frigida tantum et sicca
tantum ad calida tantum et humida tantum
quemadmodum se habent frigida ~~[illegible]~~ et sicca
et frigida et humida, ad calida et sicca, et

calida et humida; ergo sicut calida et humida, et calida et sicca sunt magis obnoxia febrib. quam frigida et humida et frigida et sicca: ita et calida tantum et humida tantum erunt magis obnoxia febrib. quam frigida tantum et sicca tantum. Ad ultimum vero respondendum est Avicennam nihil dixisse de corporib. temperatis hoc loco, quia huiusmodi corpora raro possunt reperiri, fere enim omnia corpora habent excessum unius vel duarum qualitatum. Ubi tamen de his corporib. temperatis nos loqui intendamus dicendum est cum Gal: loco citato quod corpora temperata sunt magis obnoxia febrib. quam corpora frigida et humida et frigida et sicca frigida tantum et sicca tantum, et minus obnoxia omnib. alijs corporib. ~

verum ex his oritur difficultas cum Gal: lib: artis medicinalis scripserit, quod temperata magis resistunt causis ægrotare facientib. quam cætera corpora. Quomodo igitur erunt magis obnoxia febrib.; respondendum, quod corpora temperata dicuntur magis resistere causis ægrotare facientib. quia omnib. causis resistunt æqualib., et calidis, et frigidis, humidis et siccis; et Ratio est, quia in corpore temperato omnes qualitates sunt æquales, ita una aliam non excedat; corpora vero intemperata non resistunt omnib. causis ægrotare facientib., sed aliquib. magis resistunt, quam corpora temperata, nam corpora frigida magis resistunt calidis, quam temperata et corpora calida magis frigidis, et hæc sufficiant pro explicatione 2.ⁱ capitis, in quo agitur de 3.ᵒ Univer

sali.

De 4.° et Ultimo Universali - Pars 4.ª

Reliquum est modo, ut accedamus ad ultimum universale, quod spectat ad febre, in quo agit Avic: quot et quæ sint tempora ipsarum febrium, et quibus signis cognoscantur, de quibus agit Avic: in hac Fen lib: 4.° cap: 3.° et 4.° ; Gal: autem lib: de Morborum temporibus, quorum cognitio adeo necessaria est, ut sine ipsa febres curari recte non possent; Auxilia enim quibus utimur in febribus, in aliquibus temporibus conveniunt, in aliquibus non; nam purgatio, quæ inter magna auxilia reponitur, convenit tantum in declinatione febrium; In alijs vero temporibus non nisi materia turgeat, ut ex Hipp: 1.° Aphor: 22; In ijsdem Sanguinis evacuatio in principio, et in 1.ª parte augmenti conveniunt, in statu vero, et declinatione nunquam, ut docuit Gal: lib: 2.° Aphor: coment: 29.° ; Ulterius secundum diversitatem febrium ipsarum temporum victus febricitantium variari debet, quia in principio, et 1.ª Augmenti parte victu crassiori est utendum; In ultima autem parte augmenti, et in ipso statu victu tenuiori, ut habemus ex Hipp: 1.° Aphor: 4.°

Sed oritur dubitatio, quia videtur in febribus non dari tempora, cum tempus sit mensura motus cum Philosopho. Febris vero excludit motum, cum sit morbus; Morbus autem habet esse in facto, et per consequens motum excludat, cum motus sit in fieri; Insuper dato,

quod febres habeant tempora, non sunt tamen tanti facienda; quia à tempore nulla desumitur indicatio ut habemus ex Gal: lib: de optima secta et lib: de Transitibus 31.

Ad 1.um dicendum est febrem dupliciter posse considerari; 1.o nempè quoad esse ipsius. 2.o quoad durationem; si 1.o modo consideretur febris, cum habet esse in facto ut morbus non habet tempora; si autem 2.o modo, non excludit motum et habet tempora.

Ad 2.um Respondendum est Galeno loquenti de Transitibus cap: 39, et 40; quoad tempora ut tale est nulla sumitur indicatio; ab ipso autem quatenus significat dispositionem affectuum, qui sunt in corpore, et virtutis patientis dispositionem, ab ipso verè desumitur indicatio; nam diximus, quod in principio utendum est crassiori victu quia hoc tempus significat naturam minus intentam esse concoctioni in statu verò tenuiori non quia hoc tempus significat naturam valdè incumbere humorum concoctioni; Insuper dictum est in principio sanguinis evacuationem convenire, quia tunc virtus est valida et talem potest offerre evacuationem; In statu verò non convenire, quia illud tempus significat naturam intentam humorum concoctioni, et cum ijs pugnare, quare patet quomodò à tempore sumatur indicatio; cum autem adeò necessaria indicatio, seu cognitio temporum, ideò de ijs agere expedit. Verum in ijs tractandis Avicennæ vestigia non sequemur, cum de his confusè, et indistinctè locutus fuerit, cogit enim tempora universalia cum particularibus, et tempora febrium solubrium, cum temporibus insa:

rubrum, nec loquitur de temporibus omnium febrium, non enim mentionem facit de temporibus febrium diariarum, et hecticarum, nam loquitur de temporibus desumptis a concoctione materie morbum facientis; sed hectice et ephimere a materia non fiunt, sed immateriales sunt; quare nos clare et distincte loquemur de temporibus omnium febrium, atque de ijs verba facientes, quatuor erunt prestanda; 1.º quid sit tempus; 2.º quot et que sint febrium tempora; 3.º quid unumquodque eorum sit; 4.º et ultimo dubitationes resolvemus, que ex his educuntur.

Quantum ad primum spectat, scilicet quid sit tempus febrium sciendum est, quod Aris: 4.º Phisi: textu 101 dixit tempus esse mensuram motus secundum prius et posterius; hec autem mensura secundum prius et posterius in quatuor dividitur partes, quia febris incipit, augetur, et in eodem statu permanet, et tandem remittitur vel resolvitur, quare quatuor erunt tempora ipsius morbi febrium, quia ipse mensurant secundum prius et posterius; motus autem febris duplex est; universalis, et particularis, cum autem tempus mensuret motum, sequitur tempora alia esse universalia que mensurant totum motum, et durationem febris. Alia particularia que particulares motus accessiones mensurant. De ijs omnibus igitur agemus; prius autem de temporibus universalibus, quia communia sunt, et reperiuntur in omnibus febribus; particularia vero tantum de febribus habentibus accessiones.

De temporibus autem universalibus loquentes dicimus

esse quatuor, secundum Principium, Augmentum, Statum et Declinationem; hec universalia tempora in aliquibus febribus à duobus tantum desumuntur. Ab essentia febris, et à symptomatibus, quę cum ipsa coniunguntur; Ab aliquibus autem à tribus; Ab essentia morbi: à symptomatibus, et à concoctione materię morbum facientis. In febribus putridis, quę ab Avic: appellantur humorales, hec tempora desumuntur à tribus predictis. In febribus autem Ephimeris, et Ethicis à duobus tantum supradictis; non enim desumuntur à concoctione materię quia he febres non dependent à materia; propterea tempora universalia evunt in triplici differentia; Alię enim desumuntur ab essentia febris; Alię à symptomatibus, quę cum ipsa coniunguntur, Alia verò à concoctione materię.

Loquemur autem de temporibus desumptis ab essentia febris, et à symptomatibus tanquam utilioribus, cum hec reperiantur in omnibus febribus, atq: illa sunt quatuor Principium &c. Principium autem est tempus illud, in quo febris et symptoma neq: augentur, neq: imminuuntur; Sed retinent illum gradum quem habeverant in prima invasione; Augmentum est illud tempus, in quo febris et symptoma augentur; Status, in quo febris, et symptoma neq: augentur, neq: imminuuntur, sed illum gradum tenent quem assumpserunt in ultima parte augmenti; Declinatio verò, in qua supradicta remittuntur, et resolvuntur; neq: tempora in omnibus febribus reperiuntur, siquidem in omnibus febribus putridis videmus febres et symptomata incipere, Augeri, eundem statum servare, et tandem remitti, vel resolvi; Quod verò dentur in

ephimeris, et hecticis facile probatur ex Gal: 2° de Crisibus Cap: ultimo 1° de diff.is febrium Cap: 9°, idq: sensu confirmatur, siquidem videmus in his febribus et sym=ptomata incipere, augeri, et rursus licet in omnibus febribus reperiantur hec tempora, non tamen in omnibus equalia sunt, sed in aliquibus sunt longiora, in aliquibus sunt breviora; In febribus quidem longioribus longiora, in brevioribus breviora.

Tempora autem desumpta á concoctione materie ita celebrantur, ut iuxta eorum diversitatem varies et egrotantibus reicitur, et magis et minus auxilijs, vel non, quia verò febres dependentes á materia sunt in duplici diffa, siquidem alie salubres sunt, que ad salutem terminantur, Alie insalubres, que ad interitum; Ideó hec tempora á concoctione materie desumpta in duplici sunt diffa; Alia sunt febrium salubrium. Alia sunt Insalubrium; Tempora febrium Salubrium quatuor sunt Principium &c.

Principium ex Gal: 1° de Crisibus cap: 16, vel 11, et lib° de totius morbi temporibus cap: 4° est illud tempus, in quo apparent signa cruditatis, vel obscure concoctionis materie facientis febrem, ut verò intelligatis hanc principij definitionem tria sunt declaranda 1° quid sit hec Materia faciens morbum, sive febrem; Cuius signa cruditatis, et obscure concoctionis in principio apparent, 2° ubi conspiciantur hec signa; 3° quenam sint signa cruditatis, et obscure concoctionis, que in principio apparent; Quoad 1um spectat, notandum quod Materia faciens febrem duplex est, alia coniuncta, alia antecedens; Coniuncta est illa, que singulis accessionibus

putrescit, et febre facit quod Gal: ii Meth: cap: 9.° et 10.° appellat materiam putridam, et hanc dicit in singulis accessionibus expelli à natura, vel per sudores vel per alvum vel per urinas; Quod si non expellatur, Medici debent tentare eius evacuationem, ne in corpore detenta aliam materiam inficiat; Materia verò antecedens illa est, cuius pars singulis accessionibus expellitur, in quo putrescit est, ubi putredo febre facit, quam Gal: appellabat semiputridam, quia alterata est à sua natura, et nisi à Medico corrigeretur, et ipsa putresceret; cum ergo dicimus in principio apparere signa cruditatis, vel obscuræ concoctionis materiæ fallentis febre, non loquimur de materia coniuncta, quia hæc putrescit et expellitur, vel per sudores, vel per urinas, vel per alvum, sed loquimur de materia antecedente.

5.° Quæsito satisfacit Gal: 1.° de Crisibus cap: 15.° dicens, quod signa cruditatis, et obscuræ concoctionis et aliorum conspiciuntur in urinis, quia hæc materia continetur in venis et Urinæ sunt excrementa illorum humorum, et materiarum, quæ sunt in venis, et ideó qualis est dispositio humorum, qui sunt in venis, talis urinarum dispositio; Quod si quæras, quænam sint hæc signa cruditatis et obscuræ concoctionis quæ in urinis apparent in principio; Respondetur cum Gal: 1.° de Crisibus cap: 3.° quod hæc sunt scilicet, cum urinæ quoad contenta sunt contentis destitutæ, quoad substantiam tenues, quoad colorem vel sunt albæ, vel sunt pallidæ, vel coloris pallentis; verum notandum, quod color albus semper signum est cruditatis, at pallidus, et

palleaceus non semper, sed tantum in his corporibus, quæ
tempore sanitatis reddebant urinas coloratiores. ~
Signa autem obscuræ concoctionis sunt, cum urina ex
alba fit pallida, vel coloris palleacei; cum ex tenui
fit crassa; vel cum turbida mingitur, et talis permanet,
vel etiam cum urina crassa est, et fit tenuis. Sensus
itaque dictæ Deff.[tionis] principii talis erit; Principium
est tempus, in quo in urinis apparent signa vel
cruditatis, vel obscuræ concoctionis materiæ antece-
dentis; cur verò in principio appareant hæc signa
cruditatis, vel obscuræ concoctionis est, quia tali
tempore natura, adhuc non est agressa concoctionem
materiæ, vel saltem debilitatur; Notabat autem Gal:
quod si hoc tempus reperiatur in omnibus febribus, non
tamen æqualiter; In acutis enim febribus brevius
est, quam in aliis; quia cum materia tenuis sit, et
obediens, concoctioni, et natura citò concoctionem
agreditur; In morbis autem cronicis longius est, quia
materia est crassior, et inobediens concoctioni; Ad-
debatque Gal: hoc principium in aliquibus febribus adeò breve
esse, ut sensum lateat, ut in febribus acutissimis, quæ
cum fiant à materia tenuissima, natura citissimè eius
concoctionem agreditur; undè citò desinit principium; Hocque
contingit in febribus illis, in quibus prima die videntur appa-
rere signa concoctionis, quod ob id arbitrati sunt
aliqui, tales febres non habere principium. ~
Principium verò longius dicebat Gal: excedere non
posse itum diem, non in omnibus febribus longius
hoc non contingit, ut si ultra dies itum contingat.
Et hoc fit in illis febribus, quæ si contingunt in

habitu frigido, tempore paritè frigido, et tale se:
nili; cur verò non possit extendere dies ita, id
fit, quia in principio febris, natura non agit in Materiam
peccantem, cuius signum est, quod in principio non appa:
reant signa concoctionis; At huc dici durare non po:
test, quod Natura non agat in Materiam, quare prin:
cipium non potest in multos dies extendi; Notandum, quod
diffinitio principij opposita ab Avic:, in qua dicit, quod
principium est tempus, in quo nullum apparet signum
concoctionis, ita intelligenda esse manifeste docui:
mus, ut supra cum Gal:, quod in principio possunt appa:
rere signa obscura concoctionis. ~
Sequitur 2um Tempus desumptum à concoctione quod appel:
latur augmentum, quod sic diffinitur à Gal: locis dictis.
Augmentum febrium est tempus illud, in quo apparent
signa manifesta concoctionis; Signa autem huiusmodi
duo dicebat Gal: primum de quo sit habere, unum om:
nibus manifestum esse, alterum non omnibus; primum signum
est cum in urinis apparent contenta, verum imper:
fecta; Imperfectum autem Contentum innotescit ex
Effectu diffinitionis, quod inde ex Gal: loco citato debet
habere quatuor conditiones, nempè ut sit album, le:
ve, æquale, et continuum; Per album quid intelligat
clarum est; Per leve autem intelligit illud, cuius par:
tes ita invicem se habent, ut una non superet aliam.
Per æquale verò illud, cuius partes ita se habent,
ut una non sit crassior altera. Dicitur ultimò con:
tentum continuum, cum partes non sunt invicem separatæ,
sed simul unitæ; Quare si Contentum perfectum
est, id quod has habet 4 conditiones; imperfectum

erit, quod istis caret.

Secundum signum manifestae concoctionis reponit à Gal: loco citato, scilicet cum urina in substantia nec crassa est, nec tenuis, et colorem habet bonum, seu pallea ceum, quamvis in urinis non sit contentum; Hoc augmentum à Gal: dicitur reperiri in omnibus febribus salubribus, quamvis non sit equale in omnibus; In acutis enim febribus dicitur esse brevius, quia febres acutae fiunt ex materia tenui, quae cito superatur; à natura autem superata desinit augmentum; longius autem est in febribus chronicis, quia hae fiunt à materia crassa, quae non potest subito superari à natura, atque hac ratione augmentum producitur in multos dies, immò ex Avic: in multas hebdomadas, et menses, in febribus inquam diuturnis 3um tempus status est, quod Gal: 3° de Crisibus 13° et lib: de totius morbi temporibus, 3° dicebat esse tempus illud, in quo apparent signa perfectae concoctionis. Haec autem à nobis desumuntur à colore urinae, cum illa habet colorem pallеaceum à substantia, quando neque est crassa, nec tenuis, sed inter has media; contenta verò cum habuerit principalibus conditiones superaddes.

Verum notandum, quod ~~quando~~ id quod continetur in urinis triplex esse potest ex Gal: 1° de Crisibus 11° et 12°: vel enim reperitur in superiori parte urinae, et dicitur nebula, vel in infima, et à Latinis dicitur sedimentum à Graecis Hypostasis; vel reperitur in media regione et dicitur suspensum, In urinis autem omnium febrium non reperiuntur; Haec omnia contenta sed est in aliquibus unum, in aliquibus alterum, nam ex Gal:

in febribus, quæ fiunt ex materia tenui, et sunt 3.ane intermittentes, et continuæ, Contentum quod apparet in urinis est nebula, et hæc quidem debet habere illas conditiones, nimirum quod album, leue et equale, et continuum quamuis sit in superiori parte; In febribus autem, quæ fiunt ex materia crassa, contentum quod conspicitur in urinis illud est, quod sedimentum dicitur, et apparet in infima urinæ parte. Hocque contentum in talibus febribus, ut sit signum perfectæ concoctionis debet habere illas quatuor conditiones, Ratio autem, cur in febribus, quæ fiunt á materia tenui, contentum apparebat in superiori parte; In ijs verò, quæ a materia crassa sit in inferiori, affertur á Gal: talis, quod humores tenues leues sunt; Illud verò quod leue est sursum mouetur, quare in ijs febribus contentum apparet in superiori parte; Oppositum accidit, cum febris fit á materia crassa, hæc enim grauis est. Materia autem grauis tendit deorsum, et ideò in his febribus contentum apparet in infima Urinæ parte; In hijs febribus tamen, quæ fiunt á materia, quæ nec grauis est, nec leuis, sed medio modo se habet, ut contingit in 3.anis notis, contentum reperitur in media regione urinæ, et appellatur suspensum, quod ut sit perfectæ concoctionis in his febribus debet pariter habere illas 4.or conditiones.~ Alterum notandum circa statum est, an in ipso toto materia faciens febrem sit perfecte concocta; 1.o parte uidetur dicendum, quod sit cum in statu apparueant signa perfectæ concoctionis, Insuper cum in statu cum sæpissimé febres tollantur, et soluantur ex Gal: 3.o

de Crisib. cap: 2°, quod quidem non fit, nisi post perfectam materiæ concoctionem; res tamen aliter se habet, quia si in statu febris materia solum esset perfecte concocta, febris, et symptoma non essent maiora, quia cum materia est perfecte concocta remittuntur febris, et symptoma ex Gal: p° de Crisib. 11°, sed in statu febris et symptoma sunt maiora, ut habemus ex Hipp: 2° Aphor: 30°, ergo sequitur quod in statu materia non sit perfecte concocta, Gal: etiam lib: de totius morbi temporib. cap: 3° scribebat quod in declinatione febris aliquid materiæ relinquitur concoquendum, ergo in statu tota materia non est perfecte concocta. ~

Respondendum igitur est, quod in statu materia perfecte concoquitur non tamen tota est perfecte concocta, quia vero perfecte concoquitur, ideo in ipso statu apparent signa perfectæ concoctionis, ad illud, quod in statu sepissime tollantur febres; dicendum hoc solum contingere in ultima parte status, in qua absoluta est concoctio ipsius materiæ peccantis, et perfecte saltem respectu maioris partis. ~

Hoc tempus status reperitur in omnib. febrib. salubrib. quamvis non sit æquale in omnib., quia in aliquib. status est unius tantum, aut duarum accessionum, in aliquib. vero plurium; p.a succedit in acutis febrib., quia materia constituens has febres cito à natura concoquitur; hac vero concocta desinet status; 2.a fit in febrib. non acutis, quia materia harum febrium cum frigida et crassa sit, cito concoqui non potest, et ideo status producitur

et est plurium accessionum.

Qua ratione autem possit Medicus cognoscere, an sit unius, duarum, aut plurium accessionum docet Avic: in hoc cap: 3º dicendo, quod Medicus hoc cognoscit ex accessione, quæ sequitur ipsum statum, quod quidem desumpsit á Gal: citato lib: de Crisibus cap: 10º docente quod in statu fiunt maiores accessiones, quam in alijs temporibus, ergo tot erunt accessiones status, quæ erunt accessiones Maiores, at non potest cognoscere Medicus, quot fuerint Maiores accessiones, nisi accessione, quæ sequitur statum, quæ incipit minui; quare cum viderit Medicus imminutionem accessionis, cognoscet quot sint maiores accessiones, quæ præcesserint, et consequens cognoscet, quot fuerint accessiones status. Notandum tamen, quod hic Avic: non dicit statum cognosci ex accessione, quod ipsum sequitur, quia falsum dixisset, quoniam status cognoscitur á signis perfectæ concoctionis, et á magnitudine febris, et symptomatum, sed solum dixit longitudinem, et breuitatem status cognosci ex accessione, quæ ipsum sequitur.

Declinationem desumptam á concoctione Materiæ definit Avic: dicendo, quod declinatio est tempus, in quo natura sensim et paulatim separat et expellit materiam separatam, et euictam, ex qua definitione colligitur duplex discrimen inter statum et declinationem; primum est, quod si in statu natura separat et euacuat confestim, et velociter id efficit, nam in statu solet fieri subita morbi solutio, ex Gal: 3º de Crisibus 1º, quæ quidem sequitur euacuationem velociter factam; In declinatione

vero non ita fit, et ratio huius diversitatis est quod in statu materia est copiosa, et sua quanti=tate irritat naturam ad expulsionem, et ob hanc causam fit evacuatio confestim et velociter; In decli=natione vero imminuta est Materia, et pro ma=iori parte evacuata, unde non potest sua quantita=te irritare naturam ad expulsionem, et ob hanc causam natura in declinatione sensim, et paulatim evacuat.

Aliud discrimen est, quod in declinatione materia superata est et evicta a natura, in statu vero superatur et evincitur.

Diceris cum in declinatione appareant signa perfectæ concoctionis, quia scilicet superata sit Materia et evicta, cur non dixit Avic: in declinatione ap=parere huiusmodi signa. Rᵒ hoc dixisse Avic: quia eo signo non separatur declinatio a statu, cum etiam in statu appareant ea signa concoctionis. Hec declinatio reperitur in omnibus febribus salu=bribus, non tamen equaliter existit in omnibus; nam in acutis febribus diutior est ob rationem super as=signatam, in diuturnis vero longius; additque Avi: dari febres, in quibus declinatio valde longa est, et producitur ad multos dies, videmus enim in praxi aliquando apparere signa perfectæ concoctionis, febre et symptomata remissa esse, et per consequens ad declinationem pervenisse, qui tamen ad mul=tos dies durat; Febres autem, in quibus talis datur declinatio dicunt esse febrem synocham decrescen=tem.

Triplex est enim febris synocha 2.º de diff.is febrium, inter quas una est, quae semper decrescendo procedit a principio usq: ad finem, et ferè tota est declinatio; haec tamen sententia recipi non potest, quia non possumus dicere, quod in hac febre protrahatur declinatio in multos dies, quia haec febris tota non potest dici perdurare, terminatur enim intrà 7.um vel 14.um diem, et habemus ver Gal: 9.º meth: 4.º ~

Dicamus igitur, quod istae febres, in quibus producitur declinatio in multos dies, sunt febres illae, quae fiunt à materia crassa, et fouentur ab affectu aliquo interno, qui difficulter remouentur. Huiusmodi est obstructio uenarum Hepatis, quae saepè fouent, atq: efficiunt febres, quod difficilè remoueantur, neq: contrà rationes, quia uenae Hepatis exiles sunt et paruae, in quibus sanè febribus concocta materia, et imminuto affectu fouente febres, euenit declinatio, quae producitur in multos dies, quia materia, quae relinquitur crassa, et reliquiae affectus praedicti difficilè remouentur; haec de temporibus febrium salubrium desumptis à materia. ~

Dantur praeterea febres insalubres, hoc est, quae tandem terminantur ad interitum, quae quidem et ipsae habent sua tempora desumpta quidem à materia, sed diuersa temporibus febrium salubrium, de quibus nunc loquendum est. ~

Febres Insalubres in duplici sunt diff.a, aliae enim dicuntur Insalubres secundum totum, aliae secundum partes; Febres secundum totum Insalubres sunt illae, quae à principio usq: ad finem habent insalubritatem,

Insalubres verò secundum partem sunt illę, quę habent salubritatem à principio, sed ea mutata in insalubritatem, et insitum terminant; In febribus Insalubribus secundum totum tempora desumuntur à corruptione materię facientis febrem, sicut in salubribus à concoctione materię, ex Gal: 1.o de Crisibus, et 1.o de differentijs febrium 6.o ubi hanc corruptionem materię appellat putredinem, quę fit superata natura à diffas concoctionis, quę fit natura superante: ~

Signa autem huius corruptionis materię in quadruplici sunt diffa, quemadmodum signa, quę sumuntur ex concoctione materię ex Gal: loco citato; Sunt autem hęc signa cruditatis obscurę corruptionis, manifestę corruptionis, et corruptionis perfectę; Cruditatis signa sunt in urinę contentis, est destituta in substantia tenuis, in colore livida, qui color est via ad viridem et nigrum. Signa verò obscurę corruptionis sunt, quando Urina ex tenui fit crassa, et ex livida fit viridis; Manifestę corruptionis, cum in urinis apparet contentum sed lividum, quomodocumque illud sit, siue nebula etc. Signa verò perfectę corruptionis sunt, cum urina et secundum contentum, et secundum substantiam habet nigrum colorem. ~

In his autem febribus insalubribus secundum totum sunt, quę disguunt signa corruptionis tantum, 3a sunt nimirum principium, augmentum, et status; declinatio enim in his non reperitur, cum in his necessario contingat insitus, qui in declinatione nequaquam fieri potest ex Gal: 3.o de Crisibus cap: 5.o, quia tunc materia est evicta, remissa est febris, et sympto:

mala sublata, unde virtus eo tempore à materia morbifica superari non potest. Principium harum febrium est cum apparent signa cruditatis, vel obscuræ corruptionis hoc est cum urinæ sunt contentis destitutæ, in substantia tenues, in colore lividæ, vel cum substantia tenuis mutatur in crassam, et color lividus in viridem. Augmentum est cum apparent signa manifestæ corruptionis scilicet, cum in urinis apparet contentum vel lividum, vel [...] Status harum febrium ex Avic: est cum apparent signa perfectæ corruptionis scilicet cum urinæ secundum contentum, et secundum substantiam sunt nigræ; febres autem insalubres secundum partem habent sua tempora diversa à temporibus febrium insalubrium secundum totum. sunt autem hæ met febres, quæ ab initio habent salubritatem, et hac mutata ad insalubritatem mutantur ad initium. Potest autem salubritas mutari ad insalubritatem duobus tantum temporibus, in principio scilicet, et augmento, in statu autem, vel declinatione nequaquam. In principio, et augmento quidem, quia tunc à natura non superatur materia, et hinc fieri facile potest, ut salubritas mutetur ad insalubritatem. In statu vero non, quia tunc materia à natura superatur, cuius signum est, quod tunc appareant signa perfectæ concoctionis. Hocque minus in declinatione contingit, in qua materia iam superata est et evicta; præterea si salubritas in statu et declinatione ad insalubritatem mutari posset, in his posset mors succedere, sed hoc est falsum, quia tunc apparent signa perfectæ concoctionis, quæ securitatis sunt signa ex Gal: 3.º de Crisibus 5.º

Objiciet tamen aliquis dicendo mortem etiam in statu posse contingere ex Gal: 2º de Crisib. 5º, ubi scribebat, quod Mors contingere potest in tribus temporib. principio scilicet, augmento et statu; immò Gal: referens tempora in 2º de Crisib. cap: 9º, in quib. Mors contingere potest, inter ea reposuit declinationes.

Ad 1.um Respondere possumus, quod status duplex est ex Avic: cap: 3º, unus febrium salubrium, in quo apparent signa perfectae concoctionis, alterum est febrium insalubrium, in quo apparent signa perfectae corruptionis, in priori Mors non potest contingere quia in illo sunt signa securitatis, in 2º autem de quo loquebatur Gal: necessario Mors contingere solet.

Ad 2.um Respondemus, quod declinatio est duplex, Universalis scilicet, et particularis; 1ª est declinatio totius febris; 2ª verò declinatio singulorum circuituum, qui fiunt in febrib. In declinatione universali mors contingere non potest, quia tota materia evicta est et superata In declinatione verò particulari, de qua Gal: locò citato mors contingere potest, quia materia coniuncta faciens febrem superata est, non tamen superata est Materia antecedens.

Cum in principio mutatur salubritas ad insalubritatem, principium horum febrium idem est, ac principium febrium insalubrium, quare sicut in principio febrium insalubrium apparent signa cruditatis vel obscurae corruptionis, ità etiam in his febrib.

insalubrib. secundum partem, quod si forte mors
contingat in hoc principio huiusmodi febres habebunt
tantum unum tempus scilicet principium; quod si
contingat salubritatem mutari a insalubritate in
augmento, in his febrib. augmentum erit idem cum illo
febrium insalubrium secundum totum, quare sicuti in
augmento febrium insalubrium apparent signa mani:
festę corruptionis, ita etiam in augmento harum; quod
si contingat mors in hoc tempore febris duo tem:
pora habebit, scilicet principium, et augmentum; quod
si non contingat mors neq: in principio, neq: in aug:
mento adveniet status, qui similis erit statui fe:
brium insalubrium secundum totum, quare sicuti in sta:
tu illarum febrium apparent signa perfectę corruptionis,
ita etiam in harum statu huiusmodi signa apparent,
in quo necess.º mors contingit.
Perfecto sermone de temporib. universalib. ad particu:
lares est descendendum, quorum quidem cognitio valde
necessaria est ad morborum curationem, cum in uno
particulari tempore liceat ęgrotantes cibare, in
alijs verò nequaquam, ut ait Hipp: pº acutorum
46, et expresse magis pº aphor: iiº, dum scri:
bebat in accessionib. a cibo abstinere oportet.
Quę sint hęc tempora particularia non est satis no:
tum, multi asserunt esse tempora accessionum, quę
contingunt in febrib. sed hęc oppositio falsa est
quia inter hęc tempora reponeret declinatio, quę
tamen non est pars accessionis ab ipsa dist.e ut
placuit Gal.º loco citato pº aphor: iiº. Dicendum est
igit. quod tempora particularia sunt tempora cir:

cuituum, qui succedant in febribus ex Gal: lib: de mor: borum temporibus 4.° et 5.°, qui quidem circuitus uel sunt quotidiani, aut 3.ani, uel 4.ani, Respectiue ad febres illarum specierum; dantur autem hec tempora circuituum, quia mensurant motum, qui fit in circuitu quarumcumque: febrium, uel proportionatarum, uel intermittentium, uel etiam in alijs febribus, et appellantur particularia ad diff.am uniuersalium, de quibus uerba fecimus.
febres autem, que circuitus habent in duplici diff.a sunt ex Gal: 2.° de diff.is febrium 7.°, et 5.°, siquidem aliæ sunt continuæ, aliæ intermittentes, proportionatæ intermittentibus, quia habent circuitus similes circuitibus intermittentium.

Hec autem tempora circuituum sunt quemadmodum, et quatuor tempora uniuersalia ex Gal: lib: de Morborum temporibus cap: 4.° et 5.°. et 7.° acutorum, coment: 49, scilicet principium, augmentum, et status.
Principium particulare illud est, in quo calor natis recurrit a thorace, cor, et a locum putredinis, et hic calor aliquo modo suffocatur a Materia faciente febrem, et ab humoribus, qui intus confluunt, ut docuit Gal: 7.° acutorum 46. 2.° de diff.is febrium ultimo; quibus autem signis hoc principium dignoscatur docuit Auic: cap: 4.°, unum scilicet desumitur a pulsu, alterum a calore, scribebat enim Auic: quod in hoc principio particulari calor et pulsus occultantur, hisque duobus signis uult medicum posse cognoscere principium hoc particulare; occultantur ita pulsus in principio, ut non sentiantur a Medicis, cuius ratio est, quia tunc cum calore intro confluunt

humores, qui intro confluxi opprimunt Artherias, ut elevari n. possint, et cum n. ibe eleventur necessº debent pulsus occultari; calor etiam occultatur in hoc tem: pore, et hoc dupliciter, 1º ità ut n. sentiatur, et loco ipsius sentiatur frigus, et hoc contingit ut plurimum in febribus intermittentibus: 2º itam occultatur, ut sentiatur quidem, sed valde exiguus, Hocq: contingit in febribus, in quibus in principio n. sentitur frigus, sed calor valde exiguus, et remissus, ut incontinuus, et dicitur incontinua vena Motus.

Alterum tempus particulare est augmentum, quod illud est, in quo calor paulatim expanditur ad exteriores partes, et expansus notabiliter augetur secundum id, quod docuit Gal: lib: 1º acutorum 4º, et 50 de morborum tem: poribus cap: 4º. quibus in locis dicebat hæc duo contingere in augmento. Divisit Gal: augmentum in duas partes; 1ª est, in qua calor paulatim expanditur ad externas partes, et hanc appellat inequalitatem ea ratione, quia cum calor paulatim expanditur, n. omnes partes calidæ sunt equaliter, immò nec omnes calidæ sunt. 2ª pars est illa, quando calor expansus notabiliter augetur, et hanc appellat equalitatem, quia in ea omnes partes ca: lidæ sunt equaliter. Hoc tempus suis signis cognoscitur ab Auic:, quæ desumuntur ab illis duobus, à quibus diximus desumi signa principij, nimirum à pulsu, et à calore. et quia augmentum habet duas partes ideò ambarum signa sunt ferenda. Signa desumpta à pulsu pº augmenti parte indicantia ita sunt, quod pulsus, qui occultabantur in principio incipiunt appa: rere, et manifestari ea ratione, quoniam humores

illos qui opprimebant arterias retrospexit; Signum autem desumptum à calore est, quod calor incipit manifestari ea ratione, quia paulatim expandit ad partes exteriores; Signa autem, quæ indicant alteram partem augmenti ab ijsdem sunt desumpta, à pulsu scilicet, et à calore; Signum à pulsu est, quod eo tempore in pulsu præsentit aliqua magnitudo, frequentia, et celeritas. Signum verò à calore est quod Medicus manifestè sentit calorem augeri, super tempus particulare status, in quo calor occupat æqualiter omnes Corporis partes, atque eundem gradum servando nec augetur, nec imminuitur. Quod in statu calor hic omnes corporis partes occupet docet Gal: 1º cap: [illegible]. verum sciendum est, quod hæc differentia non separat statum ab augmento, quia aliàs in ultima parte augmenti calor potest occupare æqualiter omnes Corporis partes; propterea addit alteram differentiam quæ est, quod in statu calor eundem statum servet; Cuius rei ratio est, quia si calor augeretur, vel imminueretur in hoc tempore verè non posset dici status.

Signa, quæ nobis ostendunt hoc tempus desumuntur pariter et ipsa à pulsu et à calore. Signum autem à pulsu est, quod pulsus præsentit magnus, velox, frequens; et est quia tunc calor viget, et ideò multa indigent ventilatione, et refrigeratione. hæc autem fiunt magna velocitate et frequentia pulsus.

Signum à calore est, quod in ipso statu calor persentit valdè intensus in omnibus Corporis partibus.

4um et ultimum tempus particulare declinatio dicitur

quę tempus illud est, in quo calor natūlis tendit ad partes extnas, à quib. recesserat in principio, et tunc calor febrilis remittit et resoluit. Dixit autē Avic: calorē remitti et resolui in declinatione quia declinatio particularis duas partes habet, ut habemus ex Gal: lib: de morborū temporib. 4º et 8º; Una est, in qua calor febrilis remittit et dicit remissio, alia, in qua abolet, et dicit resolutio, quę appellat à Gal: integritas, et intuatur.~
Declinatio in febrib. intermittentib. ambas partes habet, scilicet integritatē, et remissionē, quia hę desinunt ad infebricitationē. In continuis autē declinatio unicā tantū habet partē, scilicet remissionē, Integritas autē n̄ dat in continuis, quia hę semper infestant ęgrotantes. Signa, quę nobis denotant declinationē et ipsa desumunt à pulsu et à calore, nā declinatio duas habet partes, hinc ambarū signa sunt referenda.~
Signū à pulsu indicans pᵃᵐ partē declinationis est, quod in ipso aperte uidemus remitti magnā uelocitatē et frequentiā quę erant in statu. Signū à calore est, quod in pᵃ parte declinationis manifesté calor remitti sentit. Signū desumptū à pulsu, quod indicat partē ultimā declinationis est quod pulsus tunc reddit ad suū natūlē statū. Signū autē à calore traditū est ab Hipp: acutorū 46, scilicet, quod in partib. extraneis corporis, et pręsertim in pedib. calor natūlis persentiat.~
Absolutis expositionib. attinentib. ad tempora uniuersalia, quā particularia, nunc est, ut quatuor

proponamus difficultates, quę contingunt circa tempora; duę in quaℓ sunt circa universalia, et duę circa parti=culαria; 1.a est an in omnib. febrib. reperiant omnia quatuor tempora; 2.a est an tempora, quę desumunt ab essentia febris, et a symptomatib., coincidant cum temporib. desumptis a concoctione materię, ita ut sit dicendũ, quod existentib. temporib. desumptis ab es=sentia et symptomatib. extent etiã tempora desumpta a materia faciente febrẽ.

Difficultates autẽ, quę circa tempora particularia con=tingunt sunt parit. duo; 1.a an tempora particularia sint tantũ quatuor; 2.a est, an hęc tempora re=periant in omnib. circuitib. ipsarũ febriũ.

Pro resolutione 1.ę difficultatis spectantis ad tempora universalia tria veniunt in memoriã revocanda. 1.m quod tempora universalia febriũ a trib. desumunt, nempe ab essentia febriũ, a symptomatib., et a ma=teria faciente febrẽ; 2.m febres alię sunt salubres, alię insalubres, 1.ę ad salutẽ, 2.ę ad interitũ termi=nant; 3.m quod febres alię sunt materiales, quę scilicet dependent a materia putrescente, et putridę vocant; alię sunt immateriales, ut ephimerę, et hecticę.

His stantib. quatuor constituunt conclusiones, 1.a est, quod si loquamur de temporib., quę sumunt ab essentia febris, et a symptomatib., et de febrib. salubrib. ma=terialib., et immaterialib., talis est constituenda conclusio, quod omnis febris habeat omnia quatuor tempora; hanc conclusionẽ declaravit Gal. lib. de morborũ temporib. cap. 4.o et 5.o et 1.o Aphor. comen.o 12.o; sensus pręterea hanc confirmat; siquidẽ

videmus in febribus salubribus, febres et symptomata incipere, augeri, eundem statum servare verum etiam remitti: verum ut hec conclusio veritatem habeat non absolute intelligenda est, sed cum duabus limitationibus; prima est nisi tempora posita ab aliquo prohibeantur; possunt enim hec prohiberi á natura, et á Medico, et tunc febris non habebit quatuor tempora; Prohibentur autem á natura, quia fieri potest, ut ipsa in principio febris moliatur copiosam evacuationem qua facta remittitur febris, et symptoma; quare transibit febris ad declinationem á principio, et duo tantum tempora habebit; Quod si fiat hec evacuatio á natura in augmento, et hac facta febris et symptoma remittantur; tunc febris tria tantum tempora habebit statu destituta; á medico autem possunt tempora prohiberi, quia potest in principio febris magnam evacuationem facere, qua facta febris, et symptoma remittantur, ut legimus contigisse Gal: 5o lib: 9o meth: cap: sectione 6a, ni fallor, in principio febrium synocharum se usum fuisse hac evacuatione copiosa, et febres ipsas evacuasse; 2a limitatio est, nisi febres salubres mutentur et transeant ad insalubres; quia tunc febres non possunt habere quatuor tempora; transeunt autem ad insalubres aliquando in principio, et in augmento; si in principio, tunc potest contingere infitus, et sic febris unicum tantum tempus habebit; Si veró transitus iste ad insalubritatem fiet in augmento, in illo pariter contingere potest infitus; unde febris tunc tantum duo habebit tempora; verum si neque in principio, neque in augmento contingit infites, necessario debet dari in statu, quia

tunc apparent signa exitialia, quæ necess.° pronuntiant mortem, et tunc febres tria tantum tempora habebit. ~

Si verò loquamur de temporibus desumptis ab essentia febris, et à symptomatibus, et de febribus insalubribus, talis est constituenda conclusio, quod in ijs febribus dentur tantum tria tempora; et ratio est, quia in ijs non datur declinatio, et cum in febribus insalubribus contingat interitus, utique non potest iste in declinatione contingere, et docuit Gal: 3.° de crisibus 5.°; Quod autem febres insalubres tria tantum habeant tempora, hoc docuit Gal: lib: de morborum temporibus 3.° et t.° 3.° de crisibus cap: 6.° Prœterea sensus iste hanc euacuationem confirmat, quia uidemus in his febribus insalubribus febres et symptomata incipere, augeri, eundem statum seruare, quo tempore necess.° interitus contingit. ~

Hæc conclusio pariter est intelligenda cum duabus limitationibus; p.a est, nisi contingat febrem insalubrem mutari ad salubrem; tunc enim sicut salubris quatuor habet tempora, ita et hæc. ~

Quod febres insalubres possint permutari ad salubres patet exemplo illarum febrium, quæ dicuntur pestilentes in quibus apparent maculæ in cute, siuè morbilli; Hæc enim cum sint insalubres aliquando mutantur ad salubres. Hæc mutatio ad salutem fit in augmento, non in principio quia tunc tales febres sunt insalubres, non in statu, quia in statu febrium insalubrium necess.° mors contingit; quare hæc mutatio fit in augmento, et hac facta superatur materia, et sic fit status; superata autem et euicta ipsa materia aduenit declinatio, et ita hæ febres habent quatuor tempora. ~

Secunda limitatio est, nisi superveniat interitus, vel in
principio, vel in augmento docet Gal: 2.o de Crisibus cap: 6.o
quamvis diversa ratione in utroq:, nam in principio con-
tingit interitus, cum materia adeo multa est, ut natura
non possit eius concoctionem aggredi, vel est adeo mala
qualitate prædita, ut natura non audeat aggredi eius con-
coctionem; In augmento vero et statu, si contingit
interitus, in iis febribus insalubribus hoc fit ob vehementiam
ipsius febris, et symptomatum, quæ adeo sæva sunt, ut
ea virtus non possit sufferre; dubitatur autem nam in princi:
pio videtur, quod interitus non possit contingere, ut habemus
ex Gal: p.o Aphor: 12.o et ratio est, quia in principio
non apparent signa lethalia; Ulterius, quia in principio
febrium omnia sunt imbecilliora ex Hipp: 2.o Aphor: 38,
quare ab his virtus non potest superari, et per consequens
in principio non poterit dari interitus. ~
Resolvitur hæc dubitatio ab ipso Gal: qui statuit duplex
dari principium, unum scilicet est illud, quod servat
totum illum gradum, quem habuerint febres in p.a invasione,
et hoc a Gal: ipso dicitur principium artificiale. 2.o
modo sumitur principium pro p.a invasione febris, si:
ve pro p.o morbi insultu, quod appellatur principium
vulgare; si de p.o, hoc est de principio artificiali ser:
monem habemus, utiq: affirmandum est in principio posse
dari signa lethalia, et posse contingere interitum; si vero
loquamur de principio vulgari, quod est 2.m, utiq:
affirmandum venit, quod in eo non possint apparere si:
gna lethalia, et per consequens neq: dari posse interitum
et de hoc principio loquebatur Gal: p.o Aphor: 12.o. 2.æ
dubitationi respondendum, quod licet in principio

febres, et symptomata sint debiliora, tamen potest dari initium non ratione ipsorum, sed ratione uel multitudinis, uel prauæ qualitatis; uel dicendum, quod cum Hipp: dixit in principio omnia esse imbecilliora, tunc non loqui absoluté, sed respectu ipsius status, cuius signum est, quod subdit in statu omnia fortia; uerum quamuis hæc sint respectu status debiliora, sunt tamen in se adeò ualida ut possint uirtutem superare; 3.a Conclusio attinet ad tempora desumpta à materia, et ad febres salubres materiales tantum, quia tempora à materia desumpta in febribus tantum materialibus reperiuntur. Hæc autem talis est, nimirum, quod in febribus salubribus tempora à materia desumpta sint quatuor, principium, Augmentum, status, et Declinatio; Hanc conclusionem posuit Gal: lib: de totius morbi temporibus cap: 3.o, et Auic: in cap: 3.o, ubi tradit signa separantia talia tempora; Sensus præterea hanc confirmat, quia uidemus in febribus naturam, uel non agere in materiam, uel debiliter agere, et tunc apparent signa uel cruditatis, uel obscuræ concoctionis, quæ demonstrant ipsum principium; uidemus mox naturam manifesté agere in materiam, et tunc apparent signa manifestæ concoctionis, quæ indicant augmentum; Insuper uidemus naturam perfecté agere in materiam, et tunc apparent signa perfectæ concoctionis, quæ indicant statum; tandem separata, et euicta materia apparet Declinatio, neq: hæc quatuor tempora possunt prohiberi à Medico, uel à natura euacuante, uti dictum est de temporibus febrium desumptis ab essentia, et à symptomatibus, quia materiæ euacuatione non prohibentur

utiq: tamen evacuatione tempora hęc possunt abbreviari, quiá facta evacuatione, vel á natura, vel á Medico, materia imminuit; hęc autem imminuta citius concoquit, et ideó citius adveniunt, et transeunt tempora. ~

Hęc conclusio ut verificet, hac eget conclusione, vel ut melius dicam limitatione, scilicet nisi contingat, quod febres salubres transeant ad insalubres, quiá hoc dato, sicut febres insalubres tria tantum habent tempora, ita et tales febres. ~

Quod possint mutari febres salubres ad insalubres clarum est, et ratione confirmat, quiá materia, quę prius nulla qualitate mala erat affecta, prava inficit, quod contingit ob multitudinem materię, quę tanta est, ut non possit á natura superari, quandoq: etiam ob errores comissos ab astantibus, ab egro, vel á Medicis. ~

4.ª Conclusio pertinet ad tempora á materia desumpta, et respicit febres insalubres; pertinet ad tempora á materia desumpta, et respicit febres insalubres materiales, quę talis est. Febres Insalubres tria habent tempora desumpta á materia, scilicet principium, augmentum et statum, declinatione verò non, cum hac careant istę febres, ut habemus ex Gal: 3.º de Crisibus cap: 3.º, et ratio est, quia in istis febribus solet contingere interitus, at in declinatione mors non potest contingere. Hęc tria tempora has febres insalubres habere docuit Gal: 3.º de Crisibus 6.º; Hoc idem Avic: cap: 3.º, ubi omissa declinatione docet, quod unumquodq: horum temporum sit, et in cap: 4.º tradit signa, quibus invicem separant hęc tria tempora in febribus insalubribus. ~

Dari hęc tria tempora in febribus insalubribus sensus confir:
mat, siquidem videmus in ijs apparere signa cruditatis, aut
obscurę corruptionis, quę principium indicat, mox videmus
apparere signa manifestę corruptionis, quę indicat aug:
mentum, deinde apparere signa perfectę corruptionis, quę
statum indicat. verum hęc conclo cum duobus limitationibus
est intelligenda. 1.º nisi contingat febres insalubres
mutari in salubres, cum enim hoc fit, ut salubres habent
quatuor tempora desumpta à Materia; ita et insalu:
bres; 2.º limitatio nisi superveniat interitus, aut in
principio, aut in augmento. ~
Ad 2.am difficultatem est deveniendum, quę et ipsa attinet
ad tempora universalia, dictum enim est, quod tem:
pora universalia à tribus desumuntur, ab essentia
febris, à symptomatibus, et à Materia; hinc modo
oritur dubitatio, an hęc tempora simul coincidant,
ita ut existentibus temporibus ab essentia febris
existant etiam tempora desumpta a symptomatibus
et à materia facente febrem. ~
Resolutio pręsentis difficultatis sic habetur; si loqui:
mur de temporibus desumptis ab essentia morbi, et
à symptomatibus, dicendum erit, quod hęc tempora
coincidant, ita ut existentibus temporibus desumptis
ab essentia, existunt etiam tempora desumpta
à symptomatibus; et ratio est, quia symptomata
lib: de diff: symptomatum cap: 1.º morbum sequuntur
ut umbra corpus, quare existentibus temporibus
desumptis ab essentia febris, quę morbus est
eveniunt etiam tempora desumpta à symptomatibus. ~
Maior tamen difficultas insurgit, an scilicet tempora

á materia desumpta coincidant cum temporib. desumptis ab essentia febris, et á Symptomatib. Cui difficultati sic respondere debemus, quod ut plurimum coincidunt aliquando autem non, ut plurimum cum in febrib. tempora desumpta ab essentia, et á Symptomatib. sequuntur motum naturæ in materiam, quam sequuntur et tempora desumpta á materia; Patet, nam cum natura debilit. agit in Materiam incipit febris et symptoma et itá est principium essentiæ febris, et symptomatum; cum manifeste agit in Materiam augetur febris et symptoma, et tunc est augmentum; cum uerò effecte agit in Materiam, statum seruant, hoc est æqualit. in gradu febris, et symptomatum, et tunc est status, cum deniq. desinit natura agere in Materiam, febris et Symptoma intermittunt, et fit declinatio.

Quod uerò eundem motum naturæ in Materiam sequantur tempora desumpta á Materia clarum est, et nulla eget declaratione; quando uerò non coincidunt, nam in febrib. tempora aliquando desumpta ab essentia febris, et symptomatib. non sequuntur motum naturæ in Materiam sequuntur Materiæ euacuationem, et tunc non possunt coincidere cum temporib. desumptis á Materia, quia tempora á Materia desumpta effectuó sequuntur motum naturæ in Materiam.

Quod autem dentur huiusmodi febres, in quib. tempora desumpta á materia non sequantur essentiam morbi, et symptomatum, patet, nam dantur febres, in quib. natura in principio, uel in augmento euacuationem facit materiæ, ut contingit in febrib. pestilentib., et facta euacuatione remittit. febris, et Symptoma; unde

postea aduenit declinatio quoad essentiam febris et symptomatum, et tamen tunc non est declinatio a Mate-
ria desumpta, quia quod reliquum est Materiæ, adhuc
non est concoctum.

Cum in febribus tempora desumpta ab essentia et a sym-
ptomatibus coincidant cum temporibus desumptis a mot-
naturæ in materiam apparentis, hoc est a concocti-
one materiæ dubitatur in instituendo uictu, quæ tem-
pora debeant necessario obseruari; nam secundum tem-
porum diuersitatem uictus debet uariari ex Hyppo:
1º Aphor: 10º, immo et secundum istorum diuersitatem
uel utimur auxilijs euacuantibus, uel abstinemur ex
eodem 1º Aphor: 22, et 2º Aphor: 29.

Pro quorum Resolutione nunc dicendum uenit, quod uel
loquimur de uictu instituendo, uel de Medicantis eva-
cuantibus administrandis; si primum dicendum est, quod
aliquando sunt magis obseruanda tempora a Materia
desumpta, aliquando uero ab essentia, et a sympto-
matibus, cum enim multa est magis obseruanda sunt
tempora a materia desumpta, quia multa materia
eget tota uirtute ut concoquatur; quare indicatione
desumpta a materiæ concoctione paucis est utendum
alimentis, ne uirtus a concoctione distrahatur, uerum
Gal: ad hos respiciens in lib: 9º Meth: medendi textus
ubi loquitur de febre Synocha, quæ fere tota est decli-
natio desumpta ab essentia febris, et a symptomatibus
indicatione neglecta, quia materia est multa in
ea febre tenuissimo utitur uictu, cum uero Materia
est pauca, magis sunt attendenda tempora desumpta
ab essentia febris, et a Symptomatibus, quia Materia

pauca facilè concoquit; undè in febrib. pestilentib., in quib. natura evacuat, vel in principio, vel in augmento, et facta evacuatione, febris, et symptomata remittunt, sicq: Medici neglecta materia concoquenda quæ pauca est, augent Alimenta. ~

Si verò nos loquimur dè auxilijs evacuationum administrandis; vel loquimur dè Sanguinis missione, vel dè purgatione; si dè sanguinis missione magis sunt attendenda tempora desumpta ab essentia febris, et à symptomatib.; Quia scopi indicantes sanguinis missionem, sunt morbi magnitudo, et virtus, quæ magis, vel minus debilitat; 2.º Quia febris, et symptoma debiliora et calidiora sunt, et hoc voluit innuere Hipp: 2º Aphor: 29 et 30, cum dicebat in principio esse utendum sanguinis evacuatione, et non in statu, quia in principio morbus et symptoma sunt debiliora, in statu verò fortiora. ~

Si autem nos loquimur dè purgatione dicendum, quod magis sunt attendenda tempora à materiæ concoctione, quia id, quod spectat ad Medicos in purgatione facienda est Materiæ coctio; ut docuit Hipp: 2º Aphor: 22, cum dicebat concocta. ~

Quod superest modò tractandum prò huius tractatus complemento duo sunt. Pm est, An tempora particularia sint tantum duo, 2um an omnes circuitus particulares habeant hæc quatuor tempora particularia. ~

Ad pm vel loquimur dè temporib. particularib. accessionum, vel circuituum, nam et Accessiones et circuitus habent tempora particularia ex Gal: pº Aphor: 11º. Si loquimur dè temporib. particularib. accessionum

dicendum est, quod tempora particularia accessionum sunt tantum tria, Principium, Augmentum et Status ex Gal: p.o Aphor: ii.o; si vero loquimur de Circuituum temporibus, dicendum est esse quatuor, principium q. ex Gal: eodem loco, ubi ait, quod Circuitus duas habet partes, una dicitur accessio, altera remissio; Accessio tria habet tempora, nempe principium, Augmentum, et Statum; Remissio vero unum tantum tempus, hoc est declinationem.

Dubitatur tamen ex Gal: qui lib: de morborum temporibus cap: 4.o et 5.o, quod tempora particularia sint sex, Nimirum principium, Inequalitas, Equalitas, Status, Declinatio seu remissio, et Integritas; Ut hanc dubitationem resoluamus dicendum, quod nos vel loquimur tantum de temporibus particularibus, vel etiam de partibus ipsorum temporum; si de temporibus tantum dicendum est 4.r esse tantum tempora; si vero de partibus dicendum est 6. esse, quia augmentum in duas dividitur partes, et etiam declinatio; et hoc est quod voluit Gal: loco citato.

Quod 2.m dicendum est, quod omnes Circuitus in febribus facti 4.r habent tempora, nisi contingat Mors, vel in principio, vel in augmento, vel in statu; clarum enim est, quod si Mors contingat uno horum trium, Circuitus non habebit 4.r tempora; Quod vero in his temporibus particularibus possit contingere Mors docet hic Gal: 3.o de Crisibus cap: 9.o, ubi dicit mortem posse contingere in 4.r temporibus particularibus In principio scilicet, Augmento, Statu, et declinatione particulari; et subdit, quod frequentius

mors contingit in principio, Augmento, et Statu; In declinatione rarius; in ipso augmento, et in principio contingit Mors, cum febris pendet ab inflammatione alicuius Membri principalis, quia in principio omnia recurrunt ad interiora, unde fieri potest, ut inflammatio plurimum augeatur, et spiritibus via et transitus prohibeatur, et cum hoc contingit Mors sequitur. ~

In Declinatione vero Mors contingit, cum Virtus est valde imbecillis, quia in Declinatione particulari habitus Corporis laxatur, qui in alijs temporibus erat quodammodo unitus, et compressus, et cum habitus Corporis laxatur fieri facile potest, ut Virtus valde imbecillis resolvatur et contingat interitus. ~

In Statu vero particulari evenit Mors ob vehementiam febris, et Symptomatum, quæ adeo sæva sunt, ut virtus ea non possit offerre; Quod si contingat Mors in augmento ea ratione contingit, quam diximus fieri in statu, et quia raro accidit, ut morbus et symptoma ita sint sæva in augmento, ut virtus offerre non possit, ideo dixit Gal: raro contingere mortem in augmento; Atque hæc hactenus de febribus, ac eorum temporibus in genere sint dicta ad laudem et gloriam

Omnipotentis Dei, Beatæque Mariæ

Semper Virginis sine labe

Conceptæ, et Omnium

Sanctorum Protec-

torum meorum.



COMPENDIUM

ANATOMICUM DICTATUM
AB EXCELLENTISSIMO
DOMINO DOCTORE
MINUTILIO
NEAPOLITANO
IN REGIIS TICINI
SCHOLIS

Anno 1710 Mense
Februarij Die 1.°

De Sub.to Analomes

Analomes nostra ætate secus ac priscis sæculis medicis fere soli demandata videtur, et cum omnes operationes ad humanum Corpus dirigantur; Hoc quoq: Analomes Sub.tum unanimi consensu constituunt; Quod ex eo duntaxat Cognitiones illas Corporis quæ ex partium Situ, Connexione, figura, Magnitudine habetur, hauvire satagant. In Genere Corpora sana sunt, vel Morbosa, dum naturæ partium Constitutionem perscrutari conamur, illa plerumq: postulantur. Hinc morbosa Morte perijsse necesse est.

Sanorum porro Corporum plures adhuc sunt Differentiæ partim à sexu, partim ab ætate, partim à quantitate et qualitate desumptæ, ratione Sexus Masculorum et foemellarum Sectio instituendæ, ut discrimen Sexus, partiumq: genitalium habeatur; Sed ratione ætatis Cadavera Juvenum ætate florentium aptissima sunt, quoniam nimia humiditate non diffluunt ut Infantes, neq: etiam exsucci sunt, aut exangues, uti Senes; ratione quantitatis Maiora, et procériora Corpora seligenda, in quibus Minutæ Corporis partes distinctius cernantur, nam in maioribus ex proportionis regula omnia Maiora. ratione Qualitatis à multis obesum Corpus attenditur; Mihi autem Macilentum Corpus magis secare placet, modo non sit penitus emaciatum, ut omni benigno Succo Careat.

Liber I.us de Corporis divisione.

Dividitur Generaliter Corpus in tres partes, idest in Caput, et Animalis Regio vocatur; In pectus, et vitalis regio dicitur; et In Abdomen, et regio naturalis nominatur. Ab hac ultima tanquam Magis corruptibili initium faciemus. Dividitur namque haec ultima regio in tres partes, scilicet supremam, mediam, et infimam.

Suprema Regio superne circumscribitur Cartilagine xiphoide, Inferne linea ab inferioribus extremitatibus Costarum Notharum; a latere ad latus transversè ducta, ita tamen ut circa eius mediam lineam ad Nothis sursum arcuetur, ut debitam latitudinem concedat regioni Umbilicali; Regio haec Graece Epigastrion dicitur.

Partes laterales huius regionis dicuntur hypochondria quae duo sunt, dextrum et sinistrum; Dextrum continet Maiores et crassiores Hepatis partes. Sinistrum continet lienem, sinistram Eminentiam Ventriculi, sinistram partem Pancreatis, partemque Omenti.

Media abdominis regio dicitur Umbilicalis, et spatium occupat tres circiter, vel quatuor pollices ab Umbilico, cuius centrum ipse umbelicus est; Spigellius contra Laurentium laterales partes Umbilicali regioni concessit, quae Nomine carerent, nisi velimus cum eodem Laurentio lumbares vocare, sed haec denominatio potius posteriori, quam anteriori parti convenit, Melius est cum Velissonio

Epicolicas illas appellare, quia sicuti superna Regio Epigastrium dicit. à Ventriculo, quem continet, illæ partes similiter Epicolicæ Nominantur à Colon, quod Complectuntur. ~

Infima Abdominis regio dicitur Hypostrium; describitur supernè ab infima parte regionis Umbilicalis; infernè circonscribitur ab Osse Pubis inguinibus, et linea ducta ad Superiores Spinas Ilii.

Sectio IIda

De Indegumentis Communibus et Iº de Cuticula. ~

Hisce pauculis præmissis de Corporis divisione, nunc ad Corporis Universales partes considerandas procedam, quæ totum Corpus ambiunt, et Iª divisio est in Cutaneas; Partes Cutaneæ sunt Cuticula, Cutis, Panniculus Carnosus et Membrana adiposa. Cuticula Græcè Epidermis, quod idem sonat, ac supra Cutim; reputatur pars, sivè Complementum Activi Cutis, sinè qua imperfecta foret; ad Cuticulæ generationem faciendam nulli Calori, alij frigori, plurimi siccitati, et alij, humiditati adscribunt; verum nulla harum Causarum eius adequatè productioni respondent, Cernimus enim in Anguillis, aliisque piscibus absque Calore actuali, nec siccitate generantes, et plurbes[?] Lamine regenerandæ Cuticulæ deseruiunt, et infantes in utero Matris cuticulam habent; veræ Causæ Generationis huius partis sunt Materia aptè disposita, et efficiens, Materia huic operi idonea, est Mollis,

lubrica, mitis; omnis Acrimoniæ expers, quale est Ovi albumen; Causæ hanc Materiam suppeditan: tes sunt Capillares Nervorum extremitates, quæ in exteriori superficie Cutis terminantur.

Sectio 2da

De Cute vera.

Hactenus extimam totius partem descripsimus, sequitur eiusdem pars 1a et principalis, quæ vera Cutis nominatur; Componitur ex Venis Arterijs Ner: vis, et non nullis extremitatibus vasorum lymphati: corum fibris, et Musculari Substantia. Fibra autem et Substantia Muscularis proprie Cutim componunt, con: currunt autem aliæ partes, sed non ad veram Com: positionem; poros in se Continet, ad hoc ut internæ partes transpirare possint; qua Coniecturam dixit Sanctorius Sanctorius Maiorem esse insensibilem transpirationem, quæ fit Cutis poros habet, quam non omnes Sensibiles evacuationes observatione per Microscopium facta.

Prisci Anatomici panniculum Carnosum sive car: nosam Membranam observavunt; sed revera Membrana non est, cum sit Musculus expansus veluti Membranam, et Cum haec Membrana non ob: servetur, eius ulteriori descriptioni frustra immoramur; Membrana adiposa aliud non est, quam Multæ Cellulæ, ubi pinguedo continetur, eodem fere modo, quo Succus Aurantiorum, vel li: monum in Cavitatibus Membranosis suæ pul: pæ includitur; eius usus est Musculos vicinos

humectare ut Motui inserviant, et ad Actelam Viscerum internorum, sicut etiam ad Nutritionem tempore inediae.

Sectio 3a.

De Musculis Abdominis.

Absolutis iam Universalibus Corporis partibus, 1o ab inferioris ventris regione initium faciemus, cum contineat partes magis corruptioni subiectas.

Abdominis Musculi ab alijs octo, ab alijs decem numerantur; verum differentia venit, quia pyramidales musculi in multis non inveniuntur, sed tantum obliqui descendentes, obliqui ascendentes, recti et transversales, unde facto commodo, cum duo in unoquoque latere sint, ubi pyramidales inveniuntur, sunt decem, ubi desficiunt sunt octo.

Obliquus descendens vocatur aliter externus, quia in parte externa hominis immediate sub integumentis Communibus descendit oblique; ortum habet à superiori parte Thoracis prope angulum Musculi Maioris, et connectitur cum principijs carnosis, et dentatis, Musculi serrati maioris partis anterioris, et cum tendine membranoso lineae candidae, sive albae; quae linea per partes medias et anteriores Abdominis currit incipiens à Cartilagine Xyphoide, et extenditur usque ad Pubim; in parte superiori Umbilici lata est ad instar digiti; In parte autem

inferiori magis angustat; Linea Candida, siue alba formatur ab ultimis partibus tendinosis Musculorum, quæ albæ sunt, et ideo alba denominatur, exceptis partibus Musculorum rectorum, et pyramidalium, quæ non sunt albæ.

Musculi obliqui ascendentes similiter triplicem originem agnoscunt; 1.º carneam, ab ossis ilii apenice; 2.do nervosam á vertebris ossis sacri, et á processibus vertebrarum lombalium; 3.º iterum carneam ab inferiori vertebra, et á costa 11.ª et 12.ª

Musculi pyramidales á Fallopio 1.º eorum inventore succenturiati dicti; carneum ortum habent ab externa pubis osse infra processum pitonei, et in exteriori parte inseruntur rectis, et sensim minuuntur donec in tendinem conicum terminantur, et ob id pyramidales dicuntur.

Musculi transuersales extimum locum sibi inuenient, quamquam enim recti respectu situs iis exteriores dicantur, et illorum tendines sibi substratas habent; Hi autem triplicem ortum habent; supremum ab inferioribus partibus costarum nothorum; Medium á transuersis processibus vertebrarum lombarium; Infimum ex tota spina ossis ilii.

Musculi recti ab infimis cartilaginibus costarum verarum carneo principio orti recté descendunt ad latiorem sedem ossis pubis; Hi Musculi ob magnam longitudinem, moderatam, et æqualem latitudinem, et exilem crassitiem

habentes fasciis comparant; verum inscriptionibus quibusdam nerveis distinguuntur, et ut plurimum tribus, quas Natura dedit ad maiorem firmitudinem.
Notandum id est praeterquam Musculorum partium hactenus descriptarum, huc etiam spectare Diaphragma, quod supremam huius cavitatis regionem superne claudit; verum quia eius speculatio magis respicit mediam cavitatem; ea potius descriptio reiicienda est; supersunt hic Musculorum horum usus, qui dividuntur in generales et particulares; 1.us usus est aequabili quadam compressione partes in abdomine contentas undique complecti; 2.us est viscera comprimere, et cum Diaphragmatis compressione expulsionem fecium, et urinae et Mulieres parturientes adiuvare; Particularis usus est ad deprimendum thoracem in forti respiratione; unde infertur hos Musculos destinatos esse praeter enarratos usus ad respirationem.
Descripti Musculi venas et Arterias recipiunt ab intercostalibus, et ab Hypogastricis.

Sectio 4.a

De Peritoneo.

Peritoneum est Membrana interne alligata Musculis ventris, dorsi, et diaphragmatis; ex parte qua alligatur his Musculis asperias habet fibras, ut iisdem Musculis alligetur; ex parte vero qua viscera tangit levigata membrana est; duplici componitur Membrana; exterior

elongat cum Vasis Spermaticis usq: ad Testes, et in hac productione multoties intestina cadunt, et fit ernia.

Peritonei usus est, omnes ventris inferioris partes includere, et unicuiq: suam præstare tunicam.

Sectio 5.a
De Vasis Ombilicalib.

Quatuor sunt Vasa Ombilicalia, nempè una vena geminæ arteriæ, et Uracus; sunt instrumenta, quib. nutrit. infans in Utero Matris; Vena Ombilicalis orit. ex fissura epatis, et p duplicaturam peritonei percurrens in placentam uteri inserit., ubi sanguis depurat., et Uteri epar nuncupat. Uracus inservit expulsioni serositatum, ad hoc ut fœtum n afficiant, quæ superfluæ sunt, quæ in Membranas amnias et Chorion continent., donec tempore partus excludant.; Origo est á vesica urinaria, et p duplicaturam peritonei ascendens format canalem, qui in Ombilicum inserit.; Duæ Arteriæ á ramis illiacis prodeuntes ad Ombilici foramen rectè inserunt., et ex ipsarum sanguine fœtus nutrit.; talia vasa post fœtus exclusionem degenerant in ligamenta et deserviunt p suspensorijs epatis et Vesicæ.

Sectio 6.a
De Omento.

Omentum Componitur ex duplici Membrana, quae Membranae tenuissimae sunt, earum ortus diversimode habent a Peritoneo, Mesenterio, Diaphragmate, Ventriculo et Spina: Nectitur Intestinis Lieni, Hepati, et Mesenterio; et dividitur in alas anteriores et posteriores; expanditur autem haec Membrana instar Marsupii Aucupari, in cuius Cavitate ex aliquibus Partes spiritus continentur; Fabricius ab equa pendente sedes flatum esse credidit, quibus torquentur Hypocondriaci; per dictas Membranas excurrunt venae et Arteriae, quae a Ventriculi fundo et praecipue a Liene originem ducunt, istaeque totam omenti Capacitatem ramificantur, et ramis invicem unitis rpata efformant. Ad latera Vasorum circumfunditur Copiosa pinguedo, haec uno ore fieri creditur ex oleosa sanguinis substantia quae in Omento invenitur: Marcellus Malpighi proprios Canales dixit habere pinguedinem in Omento, quae simul cum ductibus Sanguineis deferuntur et hi Canales a Ventriculo, et Liene Originem habent, et Oleosa illa substantia a Ventriculo communicatur.

Ex Aristotelis et Galeni dictis, Omentum levibus Componitur Membranis, ut innatam Caliditatem includeret, qua incalescerent intestina, et Ventriculi fundus, unde in huiusmodi confirmatione recitatur a Galeno Gladiatoris historia huic exempto ex vulnere omento frigiditatem in abdomine sentiebat, qua arcenda lana ventrem fovere cogebatur; cui autem opponitur Riolanus, cum multos observasset,

quibus exempto omento nihil detrimenti in Coctione contigit. Quare potius dicendum deservire Omentum ad retinendas fibras intestinorum, et ventriculi, et ad retundendas acrimonias humorum contentorum in glandulis eorundem; et fungitur eodem officio, quo fungitur pinguedo in sanguine, quia sua oleositate compescit eiusdem sanguinis effervescentias, unde quibus deficit omentum, ut observavit Bartolinus in phtysim, catarrhum, et dissenteriam, saepe incidunt. et nos quotidie observamus gracilem destillationibus salsis, et phtysi esse subiectos.

Sectio 1ª
De ventriculo Intestinis, et Mesenterio.

Ventriculus aliud non est, quam oesophagi dilatatio, qui incipit immediate sub diaphragmate, situm habet in regione ventris inferioris, quae dicitur Epigastrion. Eius figura assimilari potest bursae Pastoris, cuius compositio est secundum antiquorum divisionem, partium dissimilarium et similarium; similares sunt tunicae, et vasa; Tunicae seu Membranae sunt tres; Una communis, quae originem habet a Peritoneo et duae propriae. 1ª et interna tota nervosa est et Mucositate quadam cooperitur ad hoc, ut ab acrimonia, et duritie Alimentorum non offendatur; sub hac mucositate inveniuntur quasi infinitae parvae glandulae, quae videntur alias

formare tunicas plenas nervis, venis, et Arterijs, et omnibus his Glandulis rami vasorum desinunt. Et quia tunica hæc multum amplior est alijs, multiplicatas habet plicaturas, in quibus facile est post digestionem aliquam alimentorum portionem manere.

2da tunica, quia locum habet intra externam et internam, componitur duobus ordinibus fibrarum carnosarum, et aliæ sunt directæ, quæ ab uno ad aliud orificium ire videntur, et aliæ circulares, quæ stomachum ex omni parte involvunt; et sic natura illas fabrefecit, ut facilior sit motus ventriculi ad cibos expellendos, dum cocti sunt.

Tunica exterior ex omni parte totum cooperit ventriculum, et ramificationes vasorum ventriculi sustinet; Omnes ventriculi venæ, origines habent a vena porta, et Gastricæ nominantur; Arteriæ a celiaca, et tanti sunt Arteriæ rami, quanti venæ; Ab 8º pari nervorum duo bronchia considerabilia plexum formant supra orificium superius ventriculi, et distribuuntur per omnes tunicas; Intercostalis ramus nervos parti Gibbæ ventriculi tribuit.

Partes dissimilares ventriculi sunt duo orificia et fundus; Orificium superius est illud, unde cibi ingrediuntur, et magis latum est inferiori; Multi dixerunt habere musculum sphincterem, quod falsum est, cum diaphragma sphincteris officio fungatur; Orificium inferius ita nominatum,

sed Male, cum sit in eodem pari, ac superius; tamen hoc usi sunt termino Antiqui, quia Cibi per hanc Partem suum habent Exitum. Hoc Orificium vocatur Pylorus, et Magis angustum est, ad hoc ut Alimenta non habeant liberum transitum, antequam digesta sint et cocta. Olmontius pylorum sedem animæ esse dixit, unde Corporis actiones universaliter regulantur, et Nomen dedit Archeum. ~

Ventriculi usus est Alimenta concoquere; Antiqui Multi facultatem digestivam; alij actuum et Natteum Calorem, alij fientis Melancolicum Succum cibos concoquere, quod falsum est. Excludendo etiam somniatas facultates, quæ nihil exprimunt, quia Calor non potest esse Causa Coctionis, cum Multa Animalia et præsertim pisces calorem non habent, et Cibos digerunt; Chymia tandem docti dicimus ultra Salivam, quæ coctioni ciborum inservit esse in ventriculo succum quemdam subacidum, qui in Glandulis Ventriculi supra descriptis continetur et Coctioni, sive digestioni ciborum inservit. ~

Cognitum etiam fuit Antiquis in digestionem fieri in ore, sed Causam huius effectus dicebant esse triturationem, non Consideratam Saliva, quæ est in Causa fermentationis ciborum, quæ solam non sufficit, cum Quidam Natura alios subministravit succos, qui habentur a Stomacho; Unus separatur a Sanguinis Massa et Alter a Nervis; unde concludimus omnes istos 3. humores concurrere ad Ciborum digestionem; et ut facilius intelligatis,

utemur Exemplo solutionis Argenti, quę habetur mediante aqua regia; l. g. ponamus unciam argenti in Vase redactam in Minutissimas partes, et postea superaffundamus binas Uncias aquę fortis, post aliquas horas videbimus argentum totaliter solutum, quod succedit; quia partes aquę fortis intimé ingrediuntur in partes argenti, et sic succedit continuus motus, usq: quo argentum sit bene solutum; sic Alimenta penetrantur á supra descriptis liquoribus, qui separant, et diuidunt Alimenta sicut aqua fortis argentum; si autem Vas cineribus calidis apponatur, celerior habebitur Argenti dissolutio, á pari, Concurrit Calor ad digestionem, n. i.o et per se, sed sicuti causa adiuuans, quę adiuuat et auget fermentationis vires, et sic citius habebitur digestio, et si Argentum in minutissimum pulverem redigatur, citissime habebitur eius dissolutio, et á pari, cum cibi optimé masticantur facilius digeruntur.

Intestina sua sortiuntur Nomina á partibus, ubi sita sunt; tribus componuntur tunicis, una á peritoneo, alia propria, et altera, quę originem ducit á tunica interna Ventriculi; Ista tunica interna, quę ad intestina fertur, componitur ex extremitatibus Uasorum, ex quibus formatur una pars, quę vocatur Uasculosa; Thomas Uillisius multas ~~[illegible]~~ glandulas in hac tunica cognouit, et vocantur Glandulę miliares intestinorum, quę adiuuant separationem Chili á fecibus. Interna Membrana cohoperitur á Mucositate quadam, quę ueluti crustam format; habet multas plicaturas, et in Intestinis tenuibus cir

culos habet, ad hoc ut retineant excrementa et Chilus; Inveniuntur in Intestinis Nervi, Venæ, Arteriæ, Vasa lactea, et Lymphatica; Venæ intestinorum originem habent a ramis venæ portæ, et vocantur Mesentericæ; Nervi ab intercostalibus, et Arteriæ a Celiaca.

Dividuntur Intestina in tenuia et Crassa; Tenuia situm habent in ventris Centro, scilicet in regione Ombilicali, et Crassa in ventris Circonferentia. Licet Omnia Intestina in unum reduci possint, retinebimus tamen antiquorum divisionem in tria tenuia, et tria Crassa; Tenuia sunt Duodenum, Ieiunum, et Ileon: tria crassa, idest Cecum, Colon, et Rectum; 1.um tenuium dicitur Duodenum ob longitudinem 12 digitorum, in sua Cavitate, duos recipit Canales, scilicet Colidocum, et Pancreaticum; 2.um dicitur Ieiunum, quia ut plurien vacuum observatur, quod evenit ab acrimonia bilis, quæ multa in hoc intestino exoneratur; Cuius longitudo est circiter 12 palmorum, et situm habet in parte superiori Ombilici; 3.um et ultimum Intestinorum tenuium est Ileon, quod principium habet a Ieiuno, et longum est circiter 20 palmorum, ubi Uolvus, sive Iliaca passio formatur, et cadens in Inguinibus, vel in Scroto ernias parit. 1.um Crassorum intestinorum dicitur Cecum, sic nominatum, quia unicum habet introitum, et non exitum, et bursæ assimilatur; Colon est magis latum, et suam habet longitudinem circa quatuor, vel quinque palmos, Itaque dicitur Colon, quia vesicam fellea

tangit. In principio huius Intestini valvula observatur, quae permittit ingressum faecium, et non regressum, et in hoc Intestino Colica passio, et dolores Colici formantur. Ultimum est Intestinum rectum, et sic dicitur, quia recte descendit absque ulla circumductione; In sua extremitate tres habet Musculos, unus dicitur Sphincther, qui ianitoris officio fungitur, alii duo elevatores dicuntur. ~
Omnia intestina simul alligantur a dura et crassa membrana, quae Mesenterium dicitur; cuius venae multas habent Anastomoses; habet etiam alios canales, qui in cadaveribus non videntur, et lacteae venae nominantur; Disperduntur hae venae per Intestina, et uniuntur ad reservatorium Chili. ~
Mesenterium ita dicitur quia mediat inter Intestina, cum autem ex antedictis, alia sint tenuuia, alia crassa; ideo circo Antiquiores Anatomici Mesenterium dividunt, in Mesaraeum, quod tenuuia Intestina ligat, et Mesocolon, quod crassa; Quare Mesenterium aliud non est, nisi vinculum Intestinorum, et ex multis vasis, et nervis plexus Meseraicus efformatur, et ex huius partis irritatione convulsiones, sive spasimi succedunt, ut continuo observatur in hypocondriacis; Multae etiam glandulae observantur, et in illis humor continetur, qui ad diluendum Chilum inservuit, et cum mucositates apponuntur, obstructiones pariunt, et durities in ventre inferiori observantur; venae lacteae inveniuntur, et illarum Authoris fuit Gaspar Assellius. ~

Sectio 8a

De Liene et Pancreate.

Lien locum habet in Hypocondrio sinistro, et partim cohopevitur á ventriculo, partim ab intestino Colon, et á Cartilaginibus costarum nothanum; videri non potest, neque etiam naturaliter observari potest, nisi postquam omnia alia viscera removeantur; quando autem in statu Morboso excedit transit ultra cartilagines, et tangi potest; cuius figura oblonga est et plana, et assimilatur linguæ bovis; Alligatur hoc viscus Diaphragmati intestino Colon, Omento, et Reni sinistro, mediante peritoneo.

Partes, quæ lienem conponunt sunt suæ propriæ membranæ, sua vasa, propria substantia, et eiusdem fibræ; Membranæ duæ sunt; Una communis et exterior, quæ multum dura est, et cum peritoneo continuatur; Hæc Membrana cohopevit ex omni parte lienem; ubi non alligatur; Hæc Membrana venas, et Arterias á Splenicis recipit. Et in suis venis mixta observuantur vasa lymphatica, quæ á Federico Roich descripta sunt; 2.a Membrana propria induit lienem in tota eius circonferentia, et solum perforata est in loco, ubi vasa introducuntur, et magis porosa est, quam 1.a

Propriam Lienis substantiam Antiqui dixerunt esse congelatum sanguinem; qui replet spatia inter vasa; quam opinionem Marcellus Malpighi falsam asserunt; cum idem observuaverit

Ipsiam Lienis substantiam esse parvas Membranulas Cellulosas Glandulis plenas, et veri in unaquaque cellula sex vel septem Glandulas observantur. Vena porta originem dat venae Lienis, quae vocatur splenica. Arteria Celiaca magnum truncum tribuit Lieni, et etiam denominatur splenica á loco, quo inseritur. ~
Tandem in Liene ultra ipsiam substantiam aliud genus fibrarum observatur, quae fibrae á Malpighio descripserunt, et deserviunt ad fortiter alligandum Lienem. ~
Usus aliorum Viscerum in ventre inferiori magis late patet, quam usus Lienis; Antiqui separando sanguini Melancolico dixerunt Lienem inservire, et ad recipiendum sanguinem feculentum, et tam vas breve, quam venae Emorroidales, et Meseraicae sunt canales, ubi Melancolicus succus ferri debet, quod fieri non potest, cum sit Motus contrarius sanguinis circulationi. Moderni harum opinionum soliti, varium ob varietate Auctorum dixerunt esse Lienis usum, et hoc ducti ratione quiá Animalia absque Liene vivere possunt, ut Multoties observatum est in Canibus, qui cum Liene defecissent, optime vixerunt, et nec fames vitiata est, nec digestio; Unde sequitur non esse Necessarium Viscus ad hoc ut Animalia vivant; quod de eius usu dici potest, est, quod deserviat sanguinis fermentationi compescendae, ad hoc ut ipse sanguis magis crassus reddatur; cum observatum sit, quod Animalia, quae Liene carent,

Ill.mo Sig.r Sig.r Pron. Col.mo

Avanti che V. S. Ill.ma partisse da Ponte, supplicai la di Lei innata bontà volersi
prender l'incommodo di procurarmi la commuta di grano in danari per l'annuo
fitto di quartari 23 Segale e Miglio devo pagare alla mensa Episcopale.
Per ciò replico l'instanza ad V. S. Ill.ma se mai fosse possibile ottenerla, il
che non stimo difficile, massime che nell'Instrumento qui incluso leggo quartaria
23, sive ~~[illegible]~~ valore. Io non so quando termini la locacione di M.r Giacomo
Petracino, tuttavia comincierò a pagar li danari quell'anno, che mi si assegnerà ~~[illegible]~~
nell'instromento di commuta. Circa il prezzo, spero che ~~[illegible] V. S. Ill.ma~~ esposto il
deterioramento de luoghi, essendomi bona parte rovinati, ~~di [illegible]~~ si potrebbe
haver qualche bon patto; in somma se si potesse ottener ~~[illegible]~~ al patto dei Menatti
di Trisinio, cioè a dieci parpaiole per quartaro, mi tornerebbe il conto a
farlo, se no voglio poi più tosto pagar il grano, non essendo sicuro dell'
esito del medemo per il danaro. ~~[illegible]~~ Massime so ha tanto che V. S. Ill.ma perdonerà mai per andr prendo
d'incommodarla, et augurandogli dal Cielo un felicissimo e presto viaggio
mi darò l'onore di protestarmi

et præcipuè Carnes rabiei subijciantur.
Pancreas, quod idem est, ac lata Caro, est viscus
glandulosum, et ad huius visceris cognitionem con=
ferт cognitio universalis glandularum.
Glissonius assignat tria genera glandularum, idest
glandulas excretorias, reductrices, et nutritivas;
excretoriæ sunt, quæ separant aliquod excrementum,
uti prostatæ, tonsillæ, quæ omnes particulare vas
excretorium habent; glandulæ reductrices sunt Re=
nales, Parotydes, Axillares, et Inguinales;
Aliæ glandulæ nutritivæ dicuntur, et omnes recipiunt
à nervis succum quendam, qui ab ipsis efficitur.
Alia divisio magis communis est Sylvij, qui dividit
glandulas in conglobatas, et conglomeratas; conglo
meratæ componuntur ex parvis glandulis, et una=
quæq: ipsarum recipit venam, et arteriam, et cana=
lem excretorium particularem; è contrà glandulæ
conglobatæ habent substantiam æquatam et continuam,
et unica cooperiuntur membrana.
Pancreas cum compositum sit ex multis parvis glan=
dulis inter glandulas conglomeratas numerari debet;
locum habet sub ventriculo transverse; eius longi=
tudo est 8, vel 9 digitorum.
Ultra proprium substantiam recipit arterias à celiaca,
venas à splenica, et nervos ab intercostalibus; ha=
bet etiam canalem proprium, qui anteà erat incogni=
tus, et posteà à Georgio versungio inventus est,
et ab Aucthore versungianus denominatur;
eius usus est ad efficiendum chilum; quia succus
Pancreaticus bili miscetur, quod accidit in In=

tertino Duodeno, ubi tam Canalis cysticus, quam pancreaticus uniuntur; Antiqui dixerunt deservire Pancreas instar ventriculi pulvinar, ut non offenderetur ab ossibus spinæ, quod falsum est, quia uti diximus illius usus est continere succum quemdam, qui succus naturæ subacidæ est pro digestione, et separatione chili á fecibus; Silvius de Laboë asseruit ex hoc viciato succo oriri febres intermittentes, ut credo ab aliis audivistis.

Sectio 9.a
De Hepate.

Hepar locum habet in ventre inferiori sub dextero hypocondrio, quæ pars tota impletur ab hoc viscere; in suo natu[rali] casu non transit ultra cartilagines costarum, sed quando excedit, quasi super costas elevatur. Macilenti plusquam pingues hepar habent. Non dividitur in multos globulos, sed simplicem habet figuram, ubi vena Ombilicalis inseritur; Alligatur fortiter in partibus vicinis á tribus ligamentis; 1.um est vena Ombilicalis, quæ ante viam Ombilico hepar ligat; 2.dum Cartilagini Syphoidi; et 3.um Diafragmati.

Partes idem componentes sunt nervi, venæ, Arteriæ, ductus bilaces et substantia quædam spatia replens inter vasa, cui datum est nomen Parenchyma, et tandem membrana, quæ idem cohoperit, et etiam lymphatica vasa observantur.

Hepatis substantia coloris rubri est, aliquantulum obscuri; et Antiqui effusum sanguinem dixerunt

esse illa substa; et opinio ab omnib. secuta est, usq: quo Marcellus Malpighi cognouit substas illas esse multas glandulas, quae proprias habent membranas, et mediantib. exiguis filamentis inuicem alligant; unde assimilari potest hoc Viscus uuae racemo. ~

Hepatis Venae sunt Vena Caua, et Vena porta; Vena Caua extendit per Corpus vertebrarum, et magnum producit truncum, qui intrat in partes Gibbosas Hepatis et per totam eius substam distribuit; Vena porta parit in Hepate ramificat; et dum in Cauas partes hepatis intrat facit speciem litterae I, cui nulli dederunt Nomen Capsulae, a qua oriunt quinq: bronchiae, quae per totum parenchyma dispergunt. ~

Artheria hepatis est Celiacae ramus, quae comitat venas portas in omnib. suis diuisionib., et ramificationib. ~

Nerui intercostales duos faciunt plexus qui formant a vasis Meseraicis; Hi duo plexus continuant in hepatis substa per vias Capsulae. ~

Canalis Hepaticus tunicas habet crassiores, et succus, qui per eum ducit est Bilis. ~

Totum hoc Viscus unica membrana tegit, quae per varios ligat omnib. locis iam dictis. Videt in hepate Vesta fellea, a graecis Cysthin, estq: humoris fellei receptaculum; eius figura piri imaginem repraesentat, et eius pes meatum cysticum continet; diuidit in fundum et Ceruicem; fundus eius in situ naturali inferius pendet, et Bursulae assimilat; Ceruix illius hepati et Meatui cys:

tico connecti; duas tunicas habet; una est communis cum peritoneo; altera à capsula, sive vagina venæ portæ originem ducit.
Insignis, integerq; truncus formatus à radicibus vasorum biliariorum ingreditur vesiculam felleam; iuxta eius orificium ipsæ meatum cysticum protuberantia quædam observatur, et à Spigellio valvula dicitur, et verera officio valvulæ fungitur, dum bilis regressum prohibet; Antiqui dixerunt hepar sanguinis officinam, et nattis spiritus generationi esse dicant, et per consequens deservire ad nutritionem universale corporis; in hoc autem multi se decepti sunt supponentes chilum per venas meseraicas ad venas deferri, quod experimento omnium modernorum anatomicorum falsissimum est, cum per venas lacteas chilus per alias partes deferatur.
At præsens non est, qui velit hanc facultatem hepati tribuere, cum nulla lactea vasa reconinserant; viscus namq: excretorium dici debet quod ad sanguinis purificationem deservuit, et ad segregandam bilem, quæ tam utilis, et necessaria est in omnibus corporibus.
Quoniam verò in hepate maiores venarum trunci inplantantur, id circò de venarum propagine hic disserendum.
Venæ sunt membranosæ partes rotondæ, et perforatæ, ut in suo gremio sanguinem comprehendant; unica vestiuntur tunica, fibris tamen contexta ad maiorem firmitudinem.

De Uenarum Origine Magna inter Medicos fuit dissentio; Aristotes enim 2.do de partibus Animalium cap: 9.o, et 3.o de historijs eorundem cap: 3.o cui adstipulatur Uesallius lib: 1.o de humani Corporis fabrica cap: 6.o; Principium uenarum cor posuit. Perops autem Galeni Magister, ut refert idem Galenus 6.o de placitis Hippocratis et platonis à cerebro uenas oriri arbitratus est; Diogenes Abstinata à Uentriculo; Hippocrates, et Galenus à Iecore. Erophilus tamen incertam dixit esse originem uenarum, At cum Rami maiores in Iecore obseruantur, idcirco principium saltem implantationis earundem hepar appellare cum communiori dubitabimus.

Et quoniam in Iecore consideratur pars Concaua, et Gibba, idcirco ille truncus, qui in concauam partem inseritur, uena porta appellatur; Qui uero à Gibba egreditur, uena caua nuncupatur; Consentiant cum trunco uenæ portæ, sex rami, nempe Cysticus cohærens cum cysti fellea, Gastricus uentriculi fundo Gastripiploicus cum omento et Uentriculo; Intestinalis cum Intestinis splenicus cum splene, et Gipsum cum uentriculo, medio quodam uase breue dicto, nec non cum podice, et Intestino recto, ubi uenæ Emoroidales comparent; et demum Mesentericus cum Mesenterio, et cum inferioribus intestinis mediantibus uenis, quæ Emorroydes Cecæ à Medicis uocantur.

Cum trunco venae cavae consentiunt duo rami, quorum alter internus est, et per hepatis substantiam diffunditur; Alter est externus, et in interiorem Iecoris substantiam disporcatur; deinde vero unum ramum demittit deorsum, qui vocatur vena cava descendens, alterum sursum immittit, qui per partes corporis superas spargitur, et vocatur vena ascendens; quod verum est vene loci, sed non vene sanguinis.

Rami, qui cum vena cava ascendente coheret, quinque sunt; phrenicus, qui per septum transversum disseminatur; stephanicus, qui cordis basim circuit. Azygos, sive sine pari, et solitarius dictus, solum dexterum latus irrigat; Intercostalis superiores costas diffundit; et demum subclavius divisus in infernum, et supernum; Infernus, quinque alios germinat ramulos, id est Mammarium per mammas; thymum, Mediastinum, capsulares, pericardium, cervicale per cervicis musculos et thoracicum per summas thoracis partes; subclavius insuper hic Ramus thoracem progressus, Axillaris vocatur, quia per Axillas ramulos demittit. Vocatur etiam Iugularis, quia per Iugulum a colli latera diffunditur, atque irrigat externas capitis partes, nempe Aures, oris Musculos, fauces, et frontem. Quin immo Meninges cerebri pervadens plexus efformat reticulares, et coroydes, Inferius vero tendens versus scapulas, et brachia constituit venas cephalicas dictas, nec non basilicas, et Angulares, vulgo salvatella,

quæ inter Annularem, et Auricularem digitum manet.

Qui tandem rami cum uena caua descendente consentiunt, sunt adiposus Renum, adiposam substantiam, et tunicam rigans; Renalis per dextrum, et sinistrum Renem disseminatur, qui sub nomine uenarum emulgentium vocitatur; spermaticus cum testibus coherens; lombaris per lumbos extensus, et Musculosus per Abdominis musculos disparsus; preterea ex quodam ramo, qui diffunditur per os sacrum, exurgunt duo alij Illiaci dicti, et utrinque divaricantur in quatuor alias uenas, nempe in sacram, quæ per os sacrum suos ramulos dimittit in hijpogastricam, quæ per Uterum, Urinariam uesicam, et rectum intestinum diffunditur, in Epigastricam, quæ per Epigastrij Musculos spargitur, et in pudendam, quæ per pudenda uiridia, et muliebria disseminatur.

Extra abdomen quoque quidam alij rami excurrunt, et quoniam per crura disseminantur cruvales dicuntur, suntque: uena Saphena, quæ ad Malleolum, et interiores tibias excurrit. Uena Musculosa, quæ per Musculos femorum, tibiasque defferetur; uena hijschias, tum Maior, tum Minor, quæ per Musculos hijschij, tibiæ, et utriusque pedis propagatur; uena suralis, quæ per Musculos suræ, seu tibiales, pluries divaricatur; et tandem uena apoplitea, quæ per extremum Malleolum, alcem et posteriorem cruris

partes à cruribus ipsis ad genua, illarumque flexuras ramificatis.~
Hinc patet Venarum Usus, idest ut per ipsas tanquam per Canales sanguis universas partes irriget et foveat.~

Sectio 10.a de Renibus et Vesica.

Duobus lateribus venæ cavæ, et superiè in regione lombari, siti sunt Renes, qui induuntur involucris duplicaturas peritonei.~
Eorum magnitudo naturalis mediocris est, et faseolo assimilati, longi sunt quatuor, vel quinque digiti, lati, circiter tres, et densi circiter duo.~
Venæ, et Arteriæ Renum dicuntur emulgentes nascuntur ab aorta, et vena cava, et multoties duo, vel tres sunt rami venarum; Arteriæ autem unus.
Nervos recipit ab intercostalibus, et in parte cava lymphaticas venas habet.~
Parynchematosam substantiam crediderunt habere Antiqui; Acuratus tamen Malpighius in extima substantia multas cognovit glandulas, ubi desinunt emulgentes venæ, quæ glandulæ ad secernendam serositatem deserviunt; undè facilè concipi potest Renum Usus, qui deserviunt sicut cribrum ad serositates urinarias colligendas; quæ serositates in pelvim colliguntur, quæ est pars concava, sivè interna renum, ubi aliquando lapides generantur.~

Reperiuntur invenitur capsulæ atrabilares ab aliis Renes Succenturiati dicti; ipsarum figuræ sunt irregulares, recipiunt uenas à uena caua, Arterias à porta, et Neruos ab intercosta libus.

Ipsarum Usus aut incertus est, uti Organa destinata ad recipiendam atram bilem esse dixerunt; Alij ta ad separandas serositates, sed cum nullus excretorius canalis in illis pateat, potius dicendum est deseruire succum illum nigricantem ad dissoluendum sanguinem qui à Renibus in uenam cauam redit.

Ductus, per quos transit urina à Renibus ad uesicam ureteres uocantur; hi sunt duo canales longi, et exiles, qui ut plurimum non excedunt plumæ scriptoriæ Magnitudinem; hi Canales, sicut et venes clauduntur in duplicatura posteriori peritonei, et transeunt per Musculos psoas, ad hoc ut descendant in Cauitatem Hippogastricæ regionis, et in uesicam introduci circa suum collum.

Duabus tunicis componuntur tenicis, et una Communi quæ à peritoneo originem habet; Neruos habent ab intercostalibus, uenas à lombis, et Arterias à spermaticis, et lombaribus.

Uesica urinaria situm habet in parte inferiori uentri hippogastrica dicta; Ex parte Anteriori tangit os pubis et ex parte posteriori in Masculis intestinum rectum, et in Mulieribus uterum; Cuius figura omnibus Cognita est, et piro assimilatur.

Componitur tribus Membranis; Exterior, et co

munis cum Citoneo continuatur, et est omnium durior; 2da Cognita fuit à fabricio aquapendente, et est Membrana composita ex multis fibris carnosis et Musculosis, quae Membrana ad faciliorem Urinae exitum deservit; 3a Nervosa est, et multa uiscositate obtinita, ad hoc ut ab Urinae acrimonia non alteretur; Uenae, et Artheriae Uesicae ueniunt ab hypogastricis, et Nervi ab intercostalibus, et à uertebris lomborum; eius collum à Musculo sphincthere claudit, et deservit ad hoc ut non habeatur exitus inuoluntarius urinae.

Uesicae Usus est Urinam intra se ipsam recipere, sicut et Renes segregare.

Sectio IIa

De Partibus Uirilibus Generationi dicatis.

Delectatur homo, dum Cognitionem sui ipsius habet, nec Minorem concipit delectum, dum suae generationis principium agnoscit.

Partes, quae generationi inseruiunt sunt Uasa praeparantia, Epididimes, Testes, Uasa eiaculatoria, Uesicae seminales, et Mendulae.

Uasa praeparantia, quae antiqui ad praeparandum semen deservuisse crediderunt, sunt duae Uenae et duae Artheriae, quae originem habent ab aorta, et à Uena caua immediate supraemulgentibus, et ad hoc, ut habeatur huius Sangui:

nis facilis regressus; Multas habent valvulas, cum contentus sanguis non sit multum spirituosus. Testes figuras habent satis cognitas, sicut et numerum, figura hispanicè Hue assimilatæ ultrà venas et Arterias spermaticas suprà descriptas, compositi sunt ex Membranis, musculis, et propria substantia particulari; membranæ aliæ sunt communes, aliæ particulares; communes quæ componunt bursam sunt duæ scilicet scrotus et Dartus; Scrotus componitur ex pelle et Epidermide, incipit à pineo, et desinit ad radicem virgæ; 2.da membrana est Dartus, et est merè Musculus expansus fortiter pelli alligatus; propriæ Membranæ testiculorum sunt tres, vitroides, Eritroides, et Albuginosa. Ritroides formatur à Musculo Cremastere, qui originem ducit ab osse Ilieo, qui postquam comitatus est vasa spermatica dilatatur, et efficit Membranam carnosam circà testiculos. 2.da Membrana Eritroides, sivè Vaginalis formatur à Membrana externa Piritonei, quæ vasa comitatur ultima membrana albuginosa induit immediatè substantiam testium, et Irrigata est ex parte qua Eritroidem tangit.

Testium substantia non est glandulosa, ut antiqui crediderunt, sed secondum descriptionem Regneri Graaf, est Massa vasorum spermaticorum simul intricatorum à similitudinem globuli filipiddimes formantur á vasis spermaticis quæ vasa recipiunt Materiam seminis ab Arterijs,

et post multos gyros epididimes formant; Corpo:
ra sunt oblonga similia uermi Serico, testiculis
alligant, et in medio uident quasi separati.
eiaculatoria Corpora sunt rotonda, dura crassa,
et oblonga similia plume colombe, et multum as:
similant nervis spinalis medulle. desinunt
int glandulas prostratas, et dividunt à paruo
caruncculo denominato ueromontatum.

Uesice seminales site sunt int uesicam, et in:
testinum rectum, à parte externa uasorum
eiaculatorum, formantes paruulas cellulas int
se differentes, tam in figura, quam in magni:
tudine, que inuicem comunicant; He uesice mem:
branas habent, que ad detinendum semen deserui:
unt, ipsum seruantes usq: ad exitum.

Obseruat etiam granum ordeaceum, et ualvule offi
cio fungit, ad hoc ut non habeat continuus, et
inuoluntarius seminis exitus, quod aliquando
succedit lue uenerea affectis.

Prostrate glandule site sunt suprá collum uesi:
ce ad principium uretrum, et sunt tam uni:
te, ut uideant unum corporeve corpus; deser:
uiunt ad humectandum canale uretrum tem:
pore coitus, ad hoc ut posteá non offendat ab
urina, et secondum Bobei opinionem in his
glandulis i.o figit Gallica lues.

Penis componit ex uenis, nervis, Artherijs,
musculis, cute, (habet etiam duo corpora spon:
giosa, que uorant nervi cauernosi) et car:
ne sine fibris, que balanum componit, et

ureteve, qui est Canalis Comunis urinę et seminis. Pellis exterior preputium dicit.

Musculi penis sunt quatuor, duo erectores, et duo acceleratores; erectores originem habent à tuberositate ossis Ischij, et reserant in radices nervorum Cavernosorum; Acceleratores accipiunt originem à Sphynchere ani, et etiam inserunt in nervos Cavernosos. dum dilatant, deserviunt ad fortificandam membranam Superius descriptam, et ex irritatione, sive titillatione nervorum et fibrarum tempore coniunctionis dulcis ille sensus elicit.

Usus penis est extra corpus urinam ducere; sed non est hic principalis usus, debet enim considerari necessarijssimum Instrumentum generationis, ad hoc ut Semen utero introducat.

Sectio 12da.
De Partib. Genitalib. Mulierum.

Partes genitales Mulieris multę sunt, sed 1a. pars est uterus, qui dividi debet in quatuor partes, scilicet externam in vaginam, et in uteri Corpus, et in alias partes alligatas, et dependentes à dicto utero, et in uteri Cavitatem. Partes externę Matricis sunt Mons veneris, labia, Magna fixura; Nymphę, clitoris, ductus urinę, quatuor Caruncule, vaginae, sive orificium.

Mons veneris non solum comprehendit superiorem eminentiam pilis ornatam, sed etiam duo labia quæ sita sunt sub pectine, et composita sunt pelle, musculo expanso, et pinguedine. Macilentis mulieribus sunt mollia; dura, et elevata pinguedinosis, et exquisito sensu prædita sunt.
Vulva, alias magna fissura extenditur á parte inferiori ossis pubis, usq: ad anum; vaginæ scissura, quæ magis interna est, non est tantæ magnitudinis, quia cum corpus membranosum sit, tempore partus facilé dilatatur.
Nymphæ sunt duo carunculi membranosi, qui compositi sunt spongiosa substantia vasorum plena, et cooperti exilli pelle; figuram habent triangularem et assimilantur gallinæ cristæ; tribuuntur aliquid generationi, et deserviunt partim ad recte ducendam urinam extra corpus, et cum tempore partus rumpuntur, feminæ undequaq: urinam spargunt.
Clytoris est parvum corpus rotondum, oblongum situm in parte superiori vulvæ, ubi nymphæ uniuntur; pars similis est hominis peni, et eidem loco sita est, et componitur quasi iisdem partibus, excepta urethra; habens duos nervuos cavernosos, musculos, balanum, et præputium, dum hæc pars oblongatur; verus huius usus est feminas allectare ad veneris actum, cum in hoc loco sit principalis earum sensus.
Ductus urinarius locum habet in parte superiore scissuræ vaginæ inter clytoridem, et ca:

runculu superiore.

Spatiu contentu post exterius orificiu dici-
tur Collu, sive Vagina; ductus est latus, et
membranosus deserviens à receptione mem-
bri virilis coitus tempore, et à exitu illaru
materiaru, quæ ab utero proveniunt. Eius
longitudo est circiter 6 digitos transverse,
et proportionalis latus.

Substa Vaginæ tota Membranosa est; pars
externa componitur ex Membranis, quæ nulla
habent vasa particularia, sed media substa va-
sis plena est, quæ membrana virtute habet
stringenti vaginam tempore Copulæ. Interna mem-
brana tota rugosa est, et multu nervosa.

Transversaliter in Virginibus Antiqui somniati sunt,
et precipue in principio vaginæ adesse mem-
brana quadam Imenem dictam, quæ cum in 1a
coniunctione rumperetur, maximam sanguinis
effusionem causabat, quæ membrana usq.
adhuc à nemine reperta est.

Corpus uteri, cum vagina continuatur, et externe
consideratur unum et idem, nihilominus sunt par-
tes inter se multum differentes, cum vagina ex
illis membranis composita sit, et uteri cor-
pus dura et crassa substa, et apparenter ex-
terius non posse videtur; Situm habet ut diximus
in cavitate hippogastrij, inter vesicam et Intesti-
num rectum. Assimilatur ob suam Magnitu-
dinem et figuram piro, alij cucurbitulæ
figuram habere dicerunt, fortiter alligatur

ollo supprad.° et q. suam exteriorem membranam
uesicę urinarię, et Intestino recto; sunt
etiam sua latera medianti qquibusdam ligamentis
ex una, et altera parte alligata, eius fun:
dus totus liber est, neque ulli parti sit alli:
gatus, ad hoc ut extendi possit gestationis tem:
pore; Uteri substa membranosa est; Mem:
branę autem ipsum componentes, non sunt sicut,
et ceterę, cum fungosę et spongiosę sint, ut mul:
tum dilatari possint; Duę Membranę uterum
componunt, una externa, et altera inter:
na; Externa cum peritoneo continuatur, et non
est tam crassa, sicut et interna, quę multas
habet plicaturas, et reddunt eius superficies
inequatem; Uasa Uteri sunt Uenę, Arterię, Ner:
ui, et Uasa lymphatica; Uenę et Arterię sunt
ex duobus generibus; alię sunt superiores; Alię
inferiores; Superiores sunt spermaticę, et in:
feriores hypogastricę. ~

Moderni alias in utero cognouerunt partes cor:
nua dicta; Denominantur uteri cornua duo an:
guli ipsius met uteri, ubi alligati sunt testes,
et tubę Uterinę. ~

Partes, quę ab utero dependent, sunt, quę in ipsa Uteri substa
alligatę sunt, et sunt uasa preparantia, testes
et ligamenta, Uenę, et Artherię Uteri
nascuntur ab iisdem locis, a quibus Uenę et Ar:
therię masculorum; sunt tamen breuiores
quam non sunt in Masculis; Mulierum testes
duo sunt, et si in num.° assimilantur

hominum testes, sunt tamen inter se differentes; non cooperiuntur tribus Membranis, duabus verò existunt: exterior à peritoneo venit, et est durior, quam interna; distant ab utero digiti transversum, et utero alligati sunt mediante lato ligamento, et corpore nervoso circulari, quod ligamentis extenditur usque ad fundum uteri, et ipsius mel cornu vocatur. Antiqui supponebant ex his Muliebre semen habere, Harveus tamen aliud non esse testes Mulierum asseruit, quam ovaria, sicut in volatilibus reperiuntur, et istae sunt vesiculae rubra aqua plenae, quae apperiuntur in disectione testium Muliebrium, quae vesiculae aliud non sunt nisi ova. Unaquaeque harum vesicularum proprias habet Membranas, quae communi adhaerent; hae vesiculae magis patent post coitum, quam alio tempore, et fecundantur à semine Masculi, et hac rone feminae concipiunt.

Tubae uterinae sunt Canales longi et tortuosi, qui extenduntur supra latum ligamentum, quae tubae accedunt ad uterum coitionis tempore, et ova ad uterum ferunt; et non oportet, ut feminae Maximo aliciantur sensu propter concepsiones, ut multi falsò supponunt.

Utilitas partium genitalium Mulierum antiqui dixerunt, et moderni esse propter generationem; cum hac differentia, quod illi supponebant ex miscela seminis Masculi et feminae haberi, quod

fæmineum semen per eiaculatoria vasa in uterum introducitur. Moderni autem falsum hoc esse dixerunt, cum vasa ista patentes non habeant canales, sed potius ab ovis, ut superius dixi haberi generationem in Mulieribus, quæ ova fecundantur à semine viri sicut ova gallinarum à Gallo.

Pars 2da

De Partibus Thoracis.

Sectio 1a

De Partibus externis Thoracis.

Aliæ sunt partes continentes aliæ contentæ in thorace; continentes sunt membranæ alijs partibus communes, costæ, musculi, Pleura, et Mediastinum.

Partes contentæ sunt pulmo, aspera Artheria, cor, pericardium.

Thorax duos habet motus, unus dicitur dilatationis, et alter constrictionis, et cum thorax dilatatur, in altum tollitur, et cum constringitur depressiones patitur, unde à multis dicti sunt isti motus elevationis et depressionis.

Thoracis dilatatio à quatuor habetur musculis, idest à subclavio serrato antico maiori et serrato postico maiori, et intercostali externo. Subclavius ita dictus, quia situm habet sub clavicula; serratus anticus, alijs dentatus

Maior à differentiâ serrati, sive pectoralis minoris. Serratus posticus Minor, ita dictus à differentiâ postici Maioris; Principium habet Membranosum, et postea carnosus efficitur. Intercostalis externus oritur à parte inferiori Costæ superioris, et denominationem sumit à loco.

Constringitur Thorax à quatuor Musculis, quorum duo sunt externi, et alij duo interni. Externi sunt Sacrolombus, et Serratus posticus inferior. Interni sunt intercostalis internus, et triangularis. Sacrolombus ita dictus à Situ, ubi principium habet; Oritur ab Osse Sacro, et à processibus spinosis vertebrarum lombarium. Serratus posticus inferior exilissimus est, ita ut potius vestigij Musculum habere videatur; Intercostalis internus etiam denominationem accepit à loco, et cum Musculo externo efformat figuram litteræ X. Triangularis aliter vocatus pectoralis internus, ita dictus, quia figuram triangularem repræsentat.

Inter Musculos thoracem moventes est diaphragma, et eius anatomica descriptio difficilis est. Dicitur diaphragma, ut refert Galenus 5º de locis affectis cap: 3º. C. quæ vox secondum Platonem separationem significat, quia separat regionem naturalem à vitali. A Cornellio Celso nominatur Septum transversum, alij Cingulum dicunt, quod parum refert.

Dubitatum est, an diaphragma sit vere musculus, cum non sit subiectus motui voluntario, quod falsum

est, cum omnes Musculi contrario motui subjiciantur. Ovit in eius circonferentia, et finis est in Centro. Regulatur libera respiratio, et Celebres Auctores dicunt ab hoc Musculo; Alligatur 2.ᵃ uertebræ, et 3.ᵃ lomborum, et circa principium Musculorum lombarium, et ascendens alligatur internè omnibus illis costis in quibus infernè desinit thorax, et sterno; cohopperitur infernè à peritoneo, et supernè à pleura; et in medio alligatur pericardio et mediastino; recipit uenas et Artherias à uena Caua, et Artheria magna, et neruos à spinali medulla. Musculus hic duo habet foramina, in parte sinistra transit œsophagus, et in dextera uena Caua; ex inflammatione huius Musculi uenit risus sardonicus, et paraphrenitis.

Sectio 2.ᵈᵃ

De Mammis.

In parte externa thoracis inueniuntur mammæ, à Græcis Mhasti; compositæ sunt ex multis paruis glandulis, et Maior situm habet sub papilla, circa quam omnes aliæ Minores sunt, et inter se corespondent; continentur hæ Glandulæ in substantia quadam membranosa multa pinguedine cohopperta.

Externè in cutis parte, et fere in Medio residet papilla; corpus est rotondum, aliquantulum oblongum, et in hac parte parui corespondent meatus, unde lac exitum habet; disseminantur per Mammas uenæ, Artheriæ, et Neruii, et originem habent uenæ à ramo subclauio, sicut et Artheriæ

ab Artheria subclavia, et Axillari. Nervi suas
Propagines 4.ⁱ rami spinalis Medullæ.
Ultra hæc vasa considerari debent lymphaticæ venæ,
quæ secundum Bartholi opinionem numerosissimæ
sunt, et a Diemerbroeck; non solum lymphaticæ ve-
næ, sed multi lactei canales, qui rami sunt vena-
rum lactearum.

Sectio 3.ª
De Pleura et Mediastino.

Pleura membrana est dura et fortis, quæ interne
vestit thoracem, et in duplicatura huius membranæ
fit Pleuritis. Usus pleuritis est retinere pectoris
partes, et unicuique suam tribuere membranam; A
Pleura efformatur Mediastinum, quod membrana est dupli-
cata, alligatur a parte anteriore ad sternum, et in pos-
teriore ad vertebras dorsi.

Sectio 4.ª
De Corde et Pericardio.

Continetur cor capsula membranosa, et denominatur
Pericardium, quia circa cor est, membrana est
densa et fortis, et gaudet cordis figura; vasa habet
quæ in sua basi fortiter alligantur Mediastino, et in ho-
mine diaphragmati; deservit ad cordis defensi-
onem, et claram aquam continet, in qua innatat cor.
Contrariæ sunt Auctorum sententiæ circa originem, et
utilitatem dictæ aquæ; Alij ortum habere dicunt a
vasis, quæ in basi cordis sunt; Alij a venis lym-
phaticis, quod magis consonum est, et tandem multi

redeunt, quod si ducta à vasoribus, qui à Corde exeunt; Utilitas huius Aquæ contenditur; quia alij dicunt deservire ad Calefaciendum Cor; alij ad refrigerandum: proprius tamen Usus est ad Motum Cordis facilitandum.~

Nobiliorem partem Cor esse Antiqui dixerunt, quia magis necessariam existimaverunt esse in Humanis Corpore, et hac rone 1.um locum obtinet; et ab Aristotele dictum est 1.um Vivens, et ultimum Moriens; si autem suam Compositionem scrutemur, Compositum est ex fibris, Membranis, et Vasis, et verè Musculus est.~

Situm habet in medio pectoris, quantum ad suam Basim; aliquantulum autem inclinat ad Sinistrum latus in sua extremitate, partes simpliciores, quæ Cor Compo: nunt sunt fibræ, Membranæ, pinguedo, Nervi, Venæ, et Artheriæ.~

Fibrarum ordo in Corde secondum Antiquorum opinio: nem, dixerunt esse triplicati generis, quæ aliæ di: rectæ sunt, aliæ obliquæ, et transversales, quæ simul confusæ Substam Cordis Componerent; sed exac: ta Modernorum Anatomes aliam cognovit fibrarum tex: turam; sunt namq: in Cordis Substa spirales lineæ quæ originem ducunt á sua Basi, et obliquè ducuntur ad suam extremitatem, et ex externis internæ fiunt, et inter se invicem disponuntur.~

Venæ, et Artheriæ Cordis Coronales appellantur, Græcè Stephanicæ; Venæ suam habent radicem in Auri: cula dextera, et Artheriæ ab aorta immediatè, postquam à Corde exit; Nervi à pari 8.º Nervorum,

et ab infracostalibus.~
Partes magis compositæ Cordis sunt Ventriculi, Septum Medianum, Auriculæ, quatuor Vasa suæ Basis, et valvulæ sitæ in ingressu Vasorum.~
Ventriculi sunt duo; Unus scilicet dexterum, et alter sinistrum. Pars interior horum Ventriculorum superficiem habet inæqualem; Substantia spissa, et carnosa, quæ separat hos duos Ventriculos Septum Medianum vocatur, ultrá Venas, et Artherias coronales habet Cor in sua Basi quatuor Vasa, quæ ferunt, et referunt Sanguinem Ventriculorum, et in unaquaq: parte sunt una Vena, et una Artheria. Ventriculo dextero invenitur Vena Caua, et Artheria pulmonalis, et Ventriculo sinistro Vena pulmonalis, et aorta; In ingressu horum Vasorum observantur parvæ ianuæ, quæ valvulæ vocantur, et deserviunt, ut sanguis non redeat per eundem locum, ubi ingressum habuit. Vena Caua tres valvulas habet, quæ permittunt ingressum Sanguinis in Corde, et exitum denegant; Artheria pulmonalis tres etiam habet valvulas, et dicuntur Sigmatoides, et quia ab intus extrá apertæ sunt permittunt exitum Sanguinis á dicto Ventriculo, qui pulmones irrigat, et impediunt regressum.~
Duo Vasa, quæ sunt in sinistro Ventriculo in sua apertura valvulas habent. Vena pulmonalis duas habet, quæ tricloides dicuntur, et permittunt transitum Sanguinis in Ventriculo sinistro; Aorta habet tres sigmatoides, quæ impediunt, ut non intret iterum in Ventriculo sinistro, quando iam exivit.~

Cordis Auriculae, aliae vero sunt, quae Uasorum dilatatio-
nes, quae servant sanguinem Cordis, et Musculosas
fibras habent, ad hoc ut Cor Moveri possit.
Pinguedo etiam, quae in Corde invenitur deservit ad
faciliorem Motum eiusdem Cordis. Movetur Cor Systole
et Diastole, et eius Motus deservit ad impellendum
sanguinem, ad hoc ut Circulatio eiusdem habeatur; Sys-
toles enim est Motus constrictionis, et Diastoles
dilatationis; et in Cordis motu, et Sanguinis, Anima-
lis uita consistit.
Sicuti principium implantationis Uenarum invenitur in
Epate; ita et Artheriarum in Corde.
Magna Artheria ab Ariste 3.° de partibus Ani-
malium cap: 3.° Aorta nuncupatur, eo quod
ut innuit [illegible] 4.° Anatomes cap: 8.°
sit uelut arcula Artheriosi sanguinis. Ab
Hippocrate Uocatur Uena pulsans, et ab Arabibus
uena audax: apud ueteres enim confundebantur
Artheriae et Uenae) eo quod continuo pulset, ac vi-
bret; ab aliis demum Communiter magna Artheria di-
citur, quia ab ipsa, uelut a stipite ~~omnes aliae Arthe-~~
riarum propagines pullulant.
Oritur a sinistro Cordis Uentre, et ab ipsius Basi;
non autem a melo, ut putavit Aristes citato loco;
nec Minus a Cerebro, ut credidit Pelops Galeni ma-
gister, quia ut bene Uesallius lib: 3.° de fabrica
humani Corporis cap: 12.°; Nullibi quam a Corde
enascitur.
Aorta, fistula quaedam est excavata, et Membra-
nosa, ut facilius dilatari, et Constringi posset.

duplici vestiti tenica, ad differentiam venae, quae unica tantum habet, intra illius cavitatem sanguis suscipitur à sinistro cordis ventre translatus omnibusque ferè partibus comunicandus.

Quoad illius ramificationem, sciendum, quod Artheria magna à sinistro cordis ventre egressa modò unum, modò duos germinat ramos coronarios dictos, quia cordis basim intra pericardium coronant; extra pericardium verò egressa duos in ramos dividitur; quorum alter maior est Artheria magna descendens, quia ad inferas partes irrigandas descendit, propterque pericardio innumeras propagines parit, irrigatque octo inferiores costas, septum transuersum, ventriculum, omentum, vesicam felleam, hepar, lienem, mesenterium, lumbos, intestina, genitalia, universumque imum ventrem, et universa crura. unde pro diversitate partium, per quas transit diversa nomina sortitur, adeoque Artheriae per eas partes discurrentes, phrenicae, celiacae, mesentericae, emulgentes, lombares, crurales, et spermaticae nocantur.

Maior verò ramus dicitur Artheria magna ascendens et in ipso thorace duos in ramos dividitur, quorum unus dexter est et dexterum latus, dexterumque brachium usque ad extremam manum irrigat; alter vocatur sinister, et per latus sinistrum ad extremam manum diffunditur. Mox alius praeteregressa plures alios ramos efficit, thymicum, axillarem, mammarium, iugularem, costalem ut propterea principaliores rami inde exurgant, qui unus sub-

clavius; Alter superclavius dicit. Subclavius infra claviculas suas propagines diffundit. Superclavius verò ad jugulum, et collum ascendit;
unde Artheriæ descendunt Jugulares, et Cervicales. Praeterea versus caput Artheriæ istæ extenduntur, alij externi ramuli inde pullulant, quorum aliqui interni, alij externi appellantur. Interni per linguam, palatum, eiusque foramina, dispergunt. In anteriores capitis partes, atque duram, et piam matrem diffundunt usque ad cerebri corticem; In his partibus efformant plexus illos, qui dicuntur Coroydes, et reticulares, ibique Anastomosim cum diunctis venulis efficiunt, ut sanguis ex Artherijs in venas deferatur. Disseminantur etiam ramuli isti per tempora, et Musculos Crotaphites dictos, ut propterea ipsis contusis, vel alijs affectis concidat Animal, vel profundo sopore gravetur. Quamobrem Artheriæ istæ temporales græcè Charotides vocantur, nam Caros somnum significat. Externi denique ramuli per Musculos cervicis, per labia, et Universam faciem disseminantur, ut inde partes istæ facilimè incalescant, quia maximum cum corde, et cerebro sensum habent.

Sectio 5a

De Aspera Artheria.

Aspera Artheria sic nuncupata eo quod aliquas partes depressas, et alias elevatas habeat, græcè dicitur Bronchos, et trachea communius demum trachea nominatur.

Quod substantia Carthilaginea est, aliter si car:
nosa fuisset inclusum Aeri viam interclusisset,
neque est una Cartilago, sed multis Cartilaginibus
Ut adque ad annulis inuicem succedentibus
constructa, inter quas Natura membranulas po:
suit; in hominibus tamen musculosas ad facili:
orem dilatationem, et constrictionem. Verum ex ea
parte, qua Aspera gulam tangit membranacea
est, ne scilicet sua duritie illam offenderet; du:
plici vestitur tunica, externa scilicet, et interna.
Externa a pleura originem habet; Interna vero
durior est, ne in repentina, et vehementi tussi
disrumperetur, et a tunica palati descendit. Constat
demum ~~vel~~ Venulis, Artheriolis, et Neruulis ad
consuetos usus, unde maioris sensus est ipsa,
quam pulmo. Incipit a fine faucium, et per me:
dium colli ad pectoris usque summitatem extenditur,
unde per illam bifurcata descendit, et in pulmonem
inseritur, atque per illius substantiam Bronchia, et tra:
chea dat spargit innumera.~
Diuiditur in tres partes, caput scilicet, seu Laringem
cannam, seu Bronchum, et ramos, seu Bronchia.
Caput est pars Anterior in collo extuberans,
que triplici, et secundum alios quadruplici constat
Cartilagine; 1a quia Interius concaua, Exterius
conuexa ad similitudinem scuti formata est,
propterea scutalis, et scutiformis dicitur; que in
feminis non adeo antrorsum extuberat fortasse
ad venustatem; 2a Anularis dicitur, quia instar
annuli circularis est. 3a et 4a media mem

granula, simul iuncte una videat, figuraq: refe: runt Coturnij, vel urceoli. Id circo urcealis, vel Coturnatalis appellat, impeditq: ea, que uomant, ne trachea ingrediant; s. dicit Epiglottis hoc est lingua super incombens, quia tangit la: ringa velut operculum, dum cibi deglutiunt, licet aliquid potulenti ad formam voris per latera illius pulmones ingredi possit.~

Canna, seu truncus est universa longitudo annulata per collum ad fauces usq: plensa, et in pulmones in: serta. solet autem truncus hic cartilagineus ali: quando tractu temporis fieri osseus, ut observa: uit Cardanus 14º. de verum varietate cap: 66º. in quodam, qui laqueo suspensus strangulari mi: nima potuit.~

Demum rami, seu tracheole sunt tubuli illi per universam pulmonis substam dispersi ad Aeris in: gressum.~

Hinc deservuit 1º. Aspera Artheria tamquam Aeris ductus. 2dº. ut cum capite seu laringe vox for: met; Deniq: ut per ipsius parietes delabat subtilis humor ad pulmones irrorandos &c

Sectio 6.

De Fistula Cibaria.

Ventriculi collum, quod Latini Gulam, et Cibariam fistulam nencupant, Greci Esophagum dicunt, estq: pellea substa triplici constans tunica uenis, Artherijs, Nervis, Musculis, fibris, et

glandulis constructa. Est pellea, ut j.e ciborum capacitate dilatari et constringi possit. Triplici constat tunica, interna, media, et externa, Interna devior, et levigatior est, ne à mordacibus cibis, vel humoribus corroderetur, et ut facilius per ipsam edulia laberentur; Media tunica intra externam et internam componitur duobus ordinibus fibrarum, quæ aliæ sunt directæ, aliæ circulares, ad hoc, ut deglutitio facilior haberi possit; Externa vero mollior est, suscipitq: venas à vena cava ascendente, artherias ab artheria magna, et nervos à vaga coniugatione, nec non duos musculos à lateribus, etiam ut deglutitio adiuvaretur. Habet demum suas glandulas, à quibus deglutitio lubricatur; figuram obtinet oblongam et rotundam, tum ad ciborum capacitatem, tum etiam capaciorem corundem delapsum. Extenditur à faucibus ad ventriculi orificium, ubi paraeper obliquam, quin immò diaphragma perforans inseritur in stomachum, qui immediate sub diaphragmate manet. Alligatur etiam Gula per fibras dorso, ut propterea durum faucibus herens cibus deglutiri nequit, ad tum extentendum dorsum per Gulam.

Usus deniq: Gulæ est alimenta deglutire, et ad ventriculum demittere, ac siquid molesti in eodem ventriculo fuerit per vomitum expellere.

Sectio 1.a

De Pulmone.

Pulmo græce Pneumon, ab Antiquis Cordis ventilabrum dictus. eius substantia, olim dicta fuit carnea, quia universa sanguine plena est, et multis venis, et Arterijs referta. Sed recenti observatione Marcellus Malpighius, et Thomas Bartolinus detexerunt pulmonis substantiam carneam non esse, sed ex levissimis, et tenuissimis membranis compositam, ad similitudinem Alvearum in favis Apum; idque confirmatum quoque facit idem Bartolinus Auctoritate Hippocratis lib: de carnibus, nec mirum, quia rara et spongiosa illius substantia est, tum ut facilime moveretur, et abundanti Aere saturaretur, et conveniens fuit, ut laxa, mollis, et levis substantia foret. Disseminantur per Pulmones Bronchia, et trachææ asperæ Arteriæ, quæ cum illos ingrediuntur multiplicantur in plures, et plures ramulos, per quos pulmones undequaque subit; præter ramulos Asperæ Arteriæ spargunt quoque per illius substantiam plurimæ venæ, et Arteriæ, duæ tamen insigniores sunt, nempe Arteria venosa in dextro cordis ventriculo, et Arteria venosa in sinistro; hæc vasa non propter nutritionem, sed ad traducendum sanguinem a dextro in sinistrum cordis ventrem diffunduntur. Observatur quoque in Pulmone exiguus nervus a vaga cerebri coniugatione dependens, qui potius per illius tunicam, quam per eiusdem parenchyma fertur, quo fit, ut Pulmo obtusissimi sensus sit, quemadmodum observare est in illius vulneribus, et ulceribus. vestitur denique Pulmo

tenuissima membrana Aranearum telæ simili, ne ipsum gravaret; adeo enim tenuis est rara et porosa, ut sanies pectoris in cavitate collecta facile exclussiri possit in Empiematicis.

Unum continuatum corpus Pulmo est, sed dividitur in dextrum et sinistrum latus ope Mediastini. dextrum latus in brutis tribus alis, seu lobis integatur; sinistrum vero duos tantum lobos habet, fortè quia dextrum capacius erat sinistro; at in hominibus nisi in duos lobos totus Pulmo dividitur, et alter in dextro latere, alter in sinistro manet. Facta est autem huiusmodi divisio, tum ne uno læso alter lederetur, tum ut facilius ab Aere Pulmo moveretur, tum demum, ut Cor in sinistro latere positum minimè ab illo gravaretur.

Quoniam autem á Thoracis dilatatione, et constrictione respiratio efficitur, propterea movetur Pulmo ad motum thoracis, unde Thorace se dilatante Pulmo inflatur, et se constringente Pulmo detumet, et Aer egreditur; Hinc patent illius usus; etenim concurrit 1.° pulmo ad respirationem, in quo usu expletendo tria simul Instrumenta necessaria sunt ut Diaphragma, et Intercostales Musculi, deducentia, ut Larynx, et Aspera Arteria; et demum excipientia, ut sunt ipsi pulmones. 2.do inserviunt receptioni, et traiectioni sanguinis á dextro in sinistrum cordis ventrem; 3.° demum, ut garrula suua concurrant ad vocis formationem, et loquelam.

Sectio 8.a

De Venis Lacteis
De Chili Reservatorio,
Et De Canali Thoracico.

Meseraicas venas Chilum ad Hepar ducere Anti-
qui dixerunt, quæ postea sanguinem ad Intestina
ducebant, qui contrarius Motus, veri repugnat.
Asellius lactearum Venarum Inventor, nisi Meseraicas,
sed lacteas venas Chilum defferre demonstravit,
quem omnes alij secuti sunt. Harum
radices sunt in tunica interna Intestinorum
et in Mesenterio uniuntur in Mediam glandularum
sitarum in radice di Mesenterij; Ab hac radice
aliæ exurgunt venæ lacteæ, et exonerant in
Chili reservatorio, quod situm habet in lombis sub
diaphragmatis tendine; a Chili Reservatorio oritur
Canalis Thoracicus, qui sursum, deorsum, et inter
vertebras, et Truncum Aortæ, et cum circa 3am. et
4am. dorsi vertebram sit, destituit vertebras, et
inclinat ad latus sinistrum, et postea in subclaviam
venam sinistram exonerat, et de regione
vitali satis.

Pars 3a.
De Regione Animali,
Et 1o. De Musculis Colli.

Colli Musculi movent, et triplicatum motum habent,
scilicet flexionis, et extensionis, et gi-
ratis, qui motus ab ipsis Musculis habent; qui
Collum flectunt, sunt longi, et scaleni, qui

Alia externus, et in quibus whaerent, sunt Spinales, et transversalis. ~

Sectio 2da

De Partibus Externis Capitis. ~

Dividitur Caput in partes Continentes, et Contentas; Et iterum Continentes subdividuntur in Communes, et proprias; Communes sunt Capilli, Cuticula, Cutis, pinguedo, et Musculi; Continentes propriae sunt Pericranium, et Cranium. Partes Contentae sunt dura et pia Mater, cerebrum, et cerebellum. Capilli Corporis excrementa 3tiae Coctionis dixerunt esse Antiqui, et in Cuticula suas habere radices. Moderni verò ex accurata observatione viderunt Magis intus suam Originem habere, et in unaquaque Capillorum radice parvus inseritur Nervus, qui est Causa doloris; habet etiam parvos ductus, qui parvis Canaliculis assimilantur; Natura Capillos fecit ad tutelam, et Corporis ornatum; Cuticula, Cutis, pinguedo, quae partes sunt Communes alijs, cum superius descriptae sint nulla alia indigent indagine; Solum Pericranium, quod Membrana est, quae Cranium vestit, unde suam habet denominationem, sicut et aliae Membranae, quae alia ossa vestiunt. Communicatur Pericranium cum dura Matre mediantibus suturis, una est, quod gravia patiuntur accidentia in hac Membrana laesi, quod etiam accidit, quia cum Musculus temporalis duas habet origines, unam ab osse, et aliam

à Pericranio, et hac ratione obtongatus tendo Pi-
cranium dici potest.

Eius usus triplex est, 1us, ut cranium ab externis in-
iuriis defendat; 2dus ut duram meninges suis vit-
tis, sive fibris suspensam teneat. 3us ut alba
oculorum tunicam efformet. Pericranio subijcitur
cranium triplicem in laminam distinctum, una cum me-
ditulio Graece diploe.

Sectio 2a

De dura et pia Matre.

Post cranium ex interiori parte sunt qui putant succedere
aliud Pioston, quod tamen accuratiores Anatomici negant;
inde disiecto calvariae osse duae membranae occurrunt
Graece Meninges, Arabice, Matres, vel quia consueverunt
Arabes ab initio aliquas corporis membranas educi, vel quia
veluti Matres cerebrum amplectantur, sinuq: recondunt.
Primum locum optinet dura Meninx, quae tunica crassa est, cere-
brum undiq: obducens, dicitur dura ad differentiam piae Matris, quae
multo tenuior est; triplicem illam credidit Realdus Colombus
lib: 8o Anatomes cap: 1o; sed revera una est tunica, licet
ex crassitie duplex videatur. ex parte, qua tenuem Meningem
respicit candidior et humectior est, porosam et transpirabilem
substantiam habens, tum ut per illius spiramenta fuliginosi vapores
expirarent, tum etiam, ut per eandem inferius descenderent nervi,
superius vero venae et arteriae ascenderent.

Quamvis autem cerebrum ambiat, non tamen eidem tenaciter adhaeret, et-
enim fibrorum infixarum vertice versus cranio alligatur; unde
aliquantulum suspensa manet, ut cerebrum distendi, contra
hiq: melius possit; deniq: dextera a sinistra cerebri parte

seiungendo, nec non Cerebrum à Cerebello discriminando, duplicatam, et quadruplicatam, in quibus duplicationis quatuor sinus apparent in quos angulares internæ Arteriæ, et venæ sanguinem effundunt. ~
Usus duræ Matris est 1.º deffendere Cerebrum, et piam Matrem à Cranij duritie; 2.do esse sustentamentum venarum, et Arteriarum eas partes attingentium; 3.us nervos, et spinalem Medullam connectere, postremò corneam oculorum tunicam generare. Post duram Matrem pia Mater occurrit, sive tenuis Meninx quæ à Græcis Coroydes, à tenuiori ceræ folliculo assimilata, et immediatè substantiam Cerebri induens, illamque penitissimè quadens, ex quo officio piæ Matris nomen sortita est. ~
Hinc patet usus illius, tum scilicet, et fluidam Cerebri substantiam in suo gremio complectatur, et venas, ac Artherias à dura matre receptas in illam deducat; tum etiam ut uveam oculorum tunicam, auriumque timpanum formet.

Sectio 4.a De Cerebro. ~

Cerebrum Græcè Enchephalon, eo quod in capite situm habet, et etiam sic dicitur, quia rationalis animæ domicilium est; est autem Cerebri substantia similaris, alba medullæ similis, mollis, et tenuis, animalium functionum sedes; dictum est esse Medullæ similem, non verum Medulla non est, non enim liquatur à calore, nec est ossium nutrimentum, sicut Medulla alba etiam est, ea tamen differentia ut interius candidior sit; exterius verò ad cineritium colorem inclinet. Mollis deinde et tenuis est, ut objectorum simulacra facilius reciperet, quæ in molli potius quam in dura substantia inprimuntur; In substantia autem Cerebri corticalis secondum opinionem Malpighij aliud non est, quam compositum glandulosum. ~

Dividitur Cerebrum in partes anteriores, et posteriores. Anterior pars Cerebrum proprie dicitur; posterior vero Cerebellum vocatur. Rursus duas alias in partes laterales dividitur, dexteram scilicet, et sinistram, quas porro Meninges seiungit; falx Messoria appellata.

Differunt autem Anterior, et posterior pars, non solum situ, verum etiam quantitate, qualitate et spatio. Quantitate Cerebrum maius est, qualitate humidius et mollius. Spatio, quoniam a sagitali sutura usque ad supercilia Cerebrum exporrigitur. Cerebellum vero intra labdoideam suturam continetur. Modo diversitas hæc tum ob diversitatem muneris, tum ob diversitatem Nervorum facta est, tum denique ne læsa una parte, altera quoque illico collaberetur.

Ex dictis patet Cerebri usus; inservit enim ad Animales functiones exercendas; unde infertur error Aristotelis putantis, non ob Animalium functionum sedem Cerebrum factum esse, sed ad Cordis fervorem temperandum. Intra Cerebri substantiam, quædam Cavitates reperiuntur, quæ Communiter Ventriculi appellantur, et quatuor sunt; duo Anteriores, et Maiores versus Anticam Cerebri partem sub Calloso Corpore collocantur prope Suturam Coronalem, Assimilanturque humanæ Auriculæ. 3.us Medius, et Minor est. 4.us et postremus omnium Minimus in Cerebello manet. Antiqui putaverunt deservire Animalium Spirituum generationi, sed Recentiores Anatomici repurgationem excrementorum illis attribuunt; hinc 4.us

iste ventriculus aliud officie non est, quam ducere intra parvum cerebrum, et parte posteriorem Medullæ oblongatæ. ~
Præter hos Cerebri ventres observantur quoque in illius substantia quædam alia Corpuscula, nempe plexus, fornix, infundibulum, glandula pituitaria, conarium, processus vermiformes, Nates, Corpus Callosum, falx, nervi, et spinalis Medulla. ~
Plexus duo sunt, alter dicitur Coroydes, quia in pia Matre Coroyde dicta manet; Alter dicitur Reticularis, sive velo Mirabile, eo quod ex Galleno 4º de usu partium Piscatorio reti vel pisci: cato assimilatur; nec aliud sunt, quam complicationes Anfractuosæ venularum, et Arteriolarum, ex propaginibus vasorum Coroydeum, atque in his Anastomosis efficitur. ~
Fornix, seu Testudo est triangulare concameratum quoddam Corpus de eadem Cerebri substantia, sed paulo durius supra ventriculum Medium positum, eius usus dicitur, ut laterales ventri adiacentes contineat, et excurrentibus vaporibus aditum admittat. ~
Infundibulum, seu Pelvis, est portioncula quædam Membranacea iuxta Basim medij ventris posita, et velut Canalis deorsum tendit ad fauces, unde excrementa ventriculi emittuntur. ~
Infundibulo subiacet glandula pituitaria, quæ sua spongiosa substantia recipit, absorbetque fluentia Cerebri excrementa, et ad palatum per foramina ossis sphenoydis transmittit. ~
Conarium figuram habet turbinatam similem Nuci

pineæ; Glandulosum quoddam Corpus est de substantia quoq: Cerebri positum in meatu tendente de 3o. ad 4tum Ventrem; Adiacet utrinq: Conario duo alia Corpuscula Nates dictæ, quæ sunt longe quidem Cerebri Eminentiæ, et ob similitudinem, quam habent cum humanis natibus inter se coniunctis Nates ab Anatomicis vocantur, sic quoq: Processus vermiformes sunt quædam alia Corpuscula in Medio Cerebri posita figuræ vermicularis, atq: eodem loco 4ti ventri iacet, qui, [redacted] Acuantur instar Calami scriptorii; Ipterea solet appellari Calamus scriptorius.

Corpus Callosum ~~est~~ durior est, et albicantior Cerebri pars supra Anterioris ventris collocata, ne superincumbens Cerebri Molles Cavitates opprimeret.

Falx est Meningum portio dividens dextram à sinistra Cerebri parte, ex quo officio seiungenti falcis Nomen sortita est.

Remanet nunc, ut de Nervis, et Spinata Medulla loquamur. Nervus, Græcè Neuron à Græco verbo neuro, idest flecto, quia Nervus de more flexibilis est.

Pars est similaris exanguis oriens à Cerebro, vel à Spinali Medulla ob Motum et sensum subiectis partibus comunicandum.

Structura Nervorum prodigiosa est, habent enim Medullam similem substantiæ Cerebri; vestiuntur duplici tunica, interna una tenuiori, externa alia Crassiori, quas à pia, et dura Cerebri Meninge mutuantur; potissimum extra Calvariam, quoniam intra Crassiori tunica destituuntur;

Quo fit ut illi intra Caluaria molliores ob:
seruentur, et facilime diruumpantur.
Apud Antiquiores Anatomicos his erat, nec ner:
ui Cauitatem haberent, et Nuperrime Anatomi:
corum observationes detexerunt in Neruis non
quidem Cauitates, sed porositates quasdam desse,
ut per illas excurrere possint spiritus Ani:
males per influxum a Cerebro in subiectas par:
tes deferendo.
Hinc Neruorum Usus in genere duplex statuitur:
1.us est a Cerebro tanquam a fonte Animales
spiritus per illos deducunt: 2.dus ut ipsorum
beneficio Noxias qualitates viscera sentiendo
expellant. Peculiares veró Usus sunt varij pro
organorum varietate, unde aliqui ad visum, ad
auditum alij, non nulli ad gustum, quidam ad ol:
factum, et alij ad sensum tactus conducunt.
Pró qua re aduertendum, quod prater 30 Neruorum
paria á Spinali Medulla exorientia, septem
aliae secondum Antiquorum opinionem. Coniuga:
tiones á Cerebro immediate dependent; atque
hoc disticon comprehendunt.
Optica prima, oculos movet altera, tertia
gustat,
Quartaque: quinta audit, vaga 6.a est, 1.a
linguae.
Sed Moderni, et accurati Auctores decem in:
uenerunt paria; 1.m est par Olfactiuum, qui
Nervi oriuntur á corporibus Striatis, et inseruntur su:
pra os Mojde. 2.dum par sunt Nervi optici,

qui uniunt simul supra sella sphenoydis, et postea
dividunt, et in oculos intrant. 3.us par sunt
Motores Oculorum, qui exeunt a parte anteriori medul:
lae oblongatae, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~,
et ipsorum Oculorum Motui inserviunt. 4.us par Par:
thetici nominantur, et idem faciunt, sed oriuntur
a posteriori parte Medullae oblongatae, et Oculos
movent ad Mensuram nostrarum passionum, qua ratione
parthetici nominantur; 5.us et 6.us Par oriuntur
ab apophyxi annulari, et 1.us par vagum est, et
2.us oculo deservuit. 7.us et 8.us a Medulla oblonga:
ta nascuntur circa cerebellum; unum auribus inservuit,
et alterum pectori et ventri et ideo vagantes nervi
nominantur; 9.us par a Medulla oblongata oritur sub
parvo cerebro, et linguae fertur; 10.us par oritur
sub 9.o pari, et Musculis Colli distribuitur.~
Medulla spinalis est oblungamentum, sive cerebri
Continuitas; tres habet Membranas; 1.a fortior
est, et interne vertebras cohoperit, ipsas simul
alligando, quae Membrana deservuit ut ad offen:
dant Medulla ab ossium duritie; unde Ligamentum
dici potest; 2.a est superiorum 1.a, et eandem
Consistentiam habet, ac dura Mater, et sinus
habet in Collo, in dorso, et in lumbis, quos
sinus Minutim Willisius describit. 3.a Mem:
brana Aracnoydes ~~subtilis et~~ tenuis et transparens
et subtilis est, et cum pia Matre continuatur.~
Differt cerebri substantia a substantia spinalis Me:
dullae, quia cerebrum cinerittiam substantiam

in superficie habet, et alba in Centro; Medulla spinalis é contrario albā habet in superficie, et Cineritiā in Centro.

Crediderunt multi spinalē Medullā fasciculū Nervorum esse simul alligatorū, quod Anatomes nō docet; sed esse substā similē substā Cerebri, ita ut eodē fungatr Officio, scilicet Cineritiā substā Spiritus separare, et alba conservare, et efficere, et istos spiritus transmittt universis Corporis partib; Nunc remanet, ut de sensib externis discurramus, et initiū faciemus ab Organis Visionis.

Sectio 5a

De Oculis.

Oculos, Græcè Optos, quasi videns dictus, vel ophtalmos, hoc est luminosus, Latinè Oculus ab Occulendo vocatr, eo quod sub frontis foveis occultetr; est Organū rotondū quatiā visionis factū, et quidē rotondū esse debet, ut facilius ad omnes locorū differs moveri posset.

Gemini sunt Oculi, nè uno leso tota visio aboleretr. Fuerunt repositi in supremo loco, cū sint Corporis Excubiæ ad Noxia exploranda, quaré ad tutelā velut in antro sub frontis foveis reponuntr. Constant tunicis, humorib, Musculis Arteriis, venis, Nervis, Adipe, et Glandulis ad varios usus. Cū vestiuntr ex communi Anatomicorū observatione sex tunicis, quæ originē ducunt à Pericranio, pia et dura Matre.

Hæ autem ob duplicaturas sex apparent. ~
Pa. et exterior Adnata, Agnata, et Coniunctiua dicitur, eo quod eius beneficio Oculus adhæreat, ne prumpat. Uocatur pariter illa ab Alexandro Benedicto lib: 4o. de Historia partium humani Corporis Cap: 21o. funda, forte quia ad similitudinem fundæ Oculum ueluti lapidem Continet; nec ambit ex parte Anteriori pupillam, ne scilicet opacitate sua illam obtenebraret. In ipsa Capillares Uenæ, et Arteriæ obseruantur ad quas cum Copiosus Confluit sanguis, Oculus inflamatur, et fit Ophtalmia; exoritur à Pericranio et finem habet ad Maiorem Iridis Circulum. Est autem Iris in Oculo Circulus ille varijs Coloribus depictus. Usus demum exercet, et 1o. ut Oculum firmiter Capiti adnectat; 2do. ut Oculares Musculos unà cum Uenis et Arterijs in suo gremio recipiat. ~
Post adnatam Colombus lib: 10o. de re Anatomica cap: 1o. Meminit alterius tunicæ innominatæ, quam Nouissimè Plempius lib: 1o. suæ Ophtalmographiæ Cap: 7o. Neruaceam et tendineam illam vocet, eo quod oriatur à tendinibus, et Neruosis extremitatibus Musculorum, quæ tunica ab alijs non Memoratur, sed quia 1a. tunica crassa est diuidua uidetur. ~
2da. tunica Cornea nominatur, quia instar Cornu densa, polita, et pellucida est. Uniuersum oculum ambit, unde licet pupillam Contingat, non tamen obtenebrat. ~

Oritur ab exteriori Optici Nervi Membrana, seu à dura Matre, et duplicem exercet usum; 1º. ut sit propugnaculum adversus frigus et æstum; 2º. ut reliquas tunicas et humores comprehendat.

3ª. post Corneam uvvea dicitur, ex eo quod acino uvæ assimiletur, quia ambit universum oculum, non opaca est sed anterius exiguum foramen relinquit Oculi fenestram dictum, latine pupillam; In margine illius foraminis observatur ligamentum quoddam Ciliare dictum, cujus ope pupilla dilatatur, et constringitur, dum objecta propinquiora, vel remotiora fuerint. Per ipsam venulæ, et Arteriæ disseminantur pro nutritione, et vita vicinarum partium. Cujus varij colores in ipsa inspiciantur, fortassè ad oculi pulcritudinem, et ad visus perspicuitatem; ideircó viridarium oculorum appellari solet.

4ª. tunica Aranea appellatur, quiá Aranearum telæ in tenuitate similis est. Immediatè Crystallum ambit, quæ licet anterius ab Aranea veletur, non tamen ab illa obtenebratur cum tenuissima sit, diaphana, venarum, et Arteriarum expers.

5ª. Tunica vitrea nominatur, eo quod vitreum humorem omni ex parte ambiat, ne cum Crystallo confundatur.

6ª. et ultima Tunica Reticularis, sivè Retina appellatur, quiá sphericæ circonferentiæ figuram refert similem reti piscatorio semilunari. Originem sumit á Nervo Optico in fibrilla expanso,

estq: tunica Mollis potius opaca, quam dia-
phana; unde statuitur principale Visionis
organum, siquidem in ipsa simulacra rerum
per pupillæ foramen repræsentantur, et quodam-
modo pinguntur. ~
Præter enarratas tunicas componitur etiam Oculus
tribus humoribus, quorum 1.us dicitur Aqueus, quia
sua fluxibilitate aquam imitatur. Cuius situs
est inter tunicam Corneam, et humorem Crystallinum.
Usus eius est, ut refractioni radiorum visibilium,
et externo lumini retundendo inserviant. ~
2.us humor post Aqueum est Crystallinus, sive
Glacialis, quia pelluciditate, et consistentia
Crystallo, et Glaciei similis est. Versus partes
Anteriores, qua attingit Aqueo figuram habet
instar Lentis; Posterior vero pars versus
vitreum humorem, quasi in conum assurgens.
Usus illius est, ut radios per Aqueum humorem
traiectos magis, et magis in sua densitate
uniat. ~
3.us demum humor est vitreus, eo quod fuso vitro
similis sit. Collocatur in postica oculi parte, et
á tergo Crystallum excipit; unde in medio si-
nuosus est. Mole superat quadruplo Crystalli-
num, atq: illius usus ponitur, ut transeuntes radios
á perpendiculari refrangat, et mediando inter Crys-
tallum, et tunicam retinam conservat repræsentationi
simulacrorum. ~
Sunt præterea in Oculo venæ, Arteriæ, nervi,
Adeps, Glandulæ, et Musculi. Nervi superius

memorati sunt. Venæ à Jugularib. ramis originē ducunt; et Arteriæ à Carotidib. Inserviunt tū nutritioni, tū viuacitati oculorū. Adeps in adnata tunica observat, obtinetq: oculos in Assiduo Motu. Glandulæ siue Carunculæ in oculis duæ inveniunt, et quidē singulæ in singulis oculorū angulis; optetq: fovamen illud, quod in Calvaria videt, ne continuò lacrymæ desilirent. Int. nares autem, et oculos Mutuus est Consensus, cū nares versus oculorū Angulos perterebratæ sunt; hinc cū nares fortit. emungimus illacrymant. tandē plurimi Musculi adnatæ tunicæ adhærentes in oculis observant, et quidē in hominib. sex in unoquoq: oculo numerant. In Brutis verò septē; 1.us movet oculū sursū, et dicit. elevans, seu superbus; 2.us deorsū trahit, et dicit. Musculus deprimens, seu humilis; duo laterales adducentes appellant, nā unus ducit oculū versus nasū, alter verò à naso removet, qui Musculi Antagonistæ appellant, et qui ad externū chantū movet, dicit. indignatorius, qui verò ad internū refert bibitorius appellat. Alij duo obliqui, seu circumactores appellant, et quia in gyrū oculū rotant, Amatorij dici solent. Bruta præt. hos aliū habent, qui nervū opticū retrorsū amplexat, subtrahitq: oculū, ne cū illa dura sint facile decidat.
Post universas descriptas partes palpebræ remanent; sic dict., quia continuò palpitant, et utrinq: geminæ sunt, ex quib. sola superior mobilis est ob exiguos, quos

habet Musculos, quorum Auxilio aperit, attollit, claudit, et deprimit; Ex gominosa illarum radice Cilia enascunt, quæ tum ad ornatum Oculorum, tum ad tutelam fabrefacta sunt. Supra palpebras reposita sunt Supercilia non solum ad ornatum, sed etiam ad impediendum, ne Sudores à fronte distillantes in oculos decidant; Hinc deserviunt palpebræ, ut occultum velamen, et custodia; In Superciliis Musculi observant, et à loco superciliares dicunt, qui læsi Supercilia cadunt.

Sectio 6ª
De Auribus.

Aures, quasi Audes dictæ, eo quod sonos audiant, vel græco Nomine Aud, quod Vocem significat.

Dividit Auris quælibet in externam, et Internam. Externa oculis patet, et Cartilaginea Substantiæ est, figuræ Semicircularis; Cuius Superior pars ala, seu pinna dicit; Inferior verò Lobus vocat, Sunt quoq: in ipsa duo Semicirculi, seu ambitus illi exteriores situati, nec non Concula, seu concavitas inferior, et Alvearium, seu Cavitas ipse Auditorium meatum. Aures autem in hominibus Immobiles sunt, in Brutis verò Mobiles.
Auris interna Multis partibus Constat; 1ª dicit Meatus Auditorius, seu 1ª auditionis semita, estq: tortuosa, angusta, et rotonda, nec aliquid repente subintrans auditionem offenderet.

2.da pars dicitur Interginium, seu septum, eo quod diuidat iam Meatum a 2.o, estque densa, et sicca Membrana Tympanum dicta; quia instar tympani tensa manet; unica Antiquis cognita fuit, sed Nuperrime duplex obseruata est, altera ab altera aliquantulo interuallo distans, sicinde ac in Bellico tympano, unde tympani formam, figuramque referunt. Exquisitissimi sensus sunt, et cum adstillante humore humectantur, surdastritas efficitur.

3.a pars post tympanum est 2.us Meatus, seu 2.a Concauitas quam Aristoteles voluit repletam esse Aere congenito; In hoc 2.do Meatu tria admiranda ossicula cum parua quadam corda occurrunt, quorum primum refert figuram Incudinis, 2.um Mallei; 3.um denique stapham, seu stapedis; 4.um os Nouissime inuenit Franciscus Silvius de Laboe, quod Coclearem appellat. Horum ossium usus controuersus est, communius tamen creditur, ut tensa teneat laterum Superioris Meatus pro auditione.

Sectio 1.a
De Naso.

Nasus Grece Rhim, quasi sordium effluxus dicitur; collocatus est a Natura in sublimi loco, quia Odores uenari debebat; In hominibus obseruatur eminens, in ceteris Animalibus depressus et planus.

Dividitur in duplicem partem, externam, et internam;
Externa est universa pars in facie protuberans,
huius structura consistit in ossibus, cartilaginibus,
Musculis, Arterijs, Nervis, venis, et Cute.
Pars ossea radici frontis adhæret, et Spina na-
si appellatur. Pars verò Mollis dorsum dicitur;
fuit autem Nasus partim osseus, partim car-
neus, et cartilagineus, tum ut melius in res-
piratione dilatari et constringi potuisset,
tum etiam, ut in excrementorum expurgatione
facilius emungeretur.

Cartilagines Nasi quinq: sunt, quarum duæ
sunt laterales, duæ aliæ latinis pinnæ,
seu Alæ dicuntur, quia perpetuò alarum instar
moventur; inter has media cartilago septum vo-
catur, quia duas prædictas intersepiens duo
format foramina, quæ Nares proprie dicuntur.

Habet etiam duos exiguos Musculos alas dila-
tantes, et pro nutritione capillares Arterias,
et venas, atq: pro sensu, et Motu Nervos.

Duabus tandem Membranis vestitur, externa una
duriori, interna altera teneriori.

Pars interior Nasi tota ossea est, et Inferius
describetur cum de Ossibus Cranij.

Hinc patet Nasi usus, deservit enim tum ad ol-
factum, tum ad respirationem, tum ad excremen-
torum emunctionem, tum ad vocis formationem,
tum deniq: ad faciei pulcritudinem.

Sectio 8.va

De Ore, eiusq: Partib:

Os Græcè stoma dictũ principaliter deservit ad Alimenta ingerenda, et ad Aerem accipien: dum; minus verò principaliter; ut per eius Cavi: tatem excrementa ventriculi per Vomitum, et pectoris per tussim educant; nec non ut lo: quela efformet; quare recipit Conpluresq mus: culos ab Inferiori Maxilla, quorum aliqui ipsum aperiunt, alij claudunt, nulli demum ad Mandendum, atterendumq cibum Adducunt.
Pluribus Componitur partibus, nimirum labijs, Gingivis, dentibus, Maxillis, Palato, Gur: gulione, Tonsillis, Lingua, Laringe, faucibus, et Gula, quas suo ordine percur: remus.
P.o Labia, vel labra aliud non sunt, nisi mus: culosa Cutis; Cum enim ipsa voluntariè mo: veri debuerit; propterea ut adervtit Gallenus 11.o de usu partium, et Musculo: sa Cute, et ex Musculo Cutaceo Composita fuere; quæ quidem Musculosa Cutis ab infe: rioris Maxillæ Musculis ortum ducit, et ex eadem inferiori Maxilla, Nervos, Venas, et Arterias Mutuat.
2.do Gingivæ, quas Græci ulla appellant, ~~[illegible]~~ sunt levigatæ quædam et Immobiles Carnes, quarum ope dentes in suis alveolis firmant; Ipsi verò Maxillis adherent.
3.a Palatum Concavũ de dentibus, et Maxillis Inferius dicetur. Græcè Uranon, hoc est superius Oris

cellulæ dictæ, in cuius extremitate duo foramina excurrunt, quorum unum faucium foramen est ad cibos deglutiendos deorsum apertum; Alterum verò sursum ad medium cerebri ventrem tendit, per quod illius excrementa repurgantur. ~
4ª. Circa medium palati, rotunda, et mollis caruncula observatur, quæ græcè Gargaleon, latinè Gurgulio, Gula, et Columbella appellatur, quæ à cerebri distillatione plerumq; intumescit, et linguæ supervincumbens respirationes, et deglutitiones retardat. ~
Triplex illi usus tribuitur; 1.º ut deserviat loquelæ, unde plectrum vocis dici solet; 2.º, et impediat liquidorum refluxum ad nares, quemadmodum præ cæteris notat Bartolinus. 3.º ut aer depurent, ac moderent, ne affatim ruat in pulmones; Hinc quoties Columbella scinditur, vel à lue gallica corroditur vox rauca evadit, et tabes succedit. ~
5ª. Fauces græcè pharinga; sunt Œsophagi, seu Gulæ summitas ad linguæ radices posita, unde cibus stomachum ingrediens in ventriculum deijcitur. ~
6ª. In faucium regione duæ spongiosæ caruncula ad linguæ radices, utrinq: positæ observantur, græcè parysthma dictæ, latinè Amygdalæ, seu tonsillæ. Deserviunt ad linguas irrigandas, ne assiduo motu arasceret, atq: in his salivarius ros colligitur, qui à canalibus tùm internis à Uartono, tùm externis à Stenonio detectis per arteres ad os tendentis succeditur, eoq: defficiente lingua siticulosa evadit. ~
Ultimo loco lingua occurrit. nam de faringe, et Gula iam dictum est. quæ græcè Glossa nominatur, latinè à Lin:

gendo Lingua dicit; Princeps pars Oris est, et in illo veluti specu ad maiorem tutelam videtur Occlusa. Non debet esse longior Medio, neq: Crassior minimo digito, nec latior duobus, ut expeditissima sit pro locutione, et deglutitione; Componitur propria Carne, quam Musculosam statuit Stenonius; Itemq: venis, et Arterijs constat una cum validissimo ligamento.

Inter alias plures venas duæ præcipue in illa conspiciuntur, Græcè Hyppoglottides, latinè sublinguales, et Ranulæ dictæ, commodè secari à practicantibus in suffocante Angina. Validissimum quoq: ligamentum habet, quo ipsa circa radices alligatur cum interna Maxilla, et cum osse quodam pensili ad modum Arcus incurvato, Græcè Toypide dicto. Versus Cuspidem plures eminentias, exiguas tamen illas habere tradidit Marcellus Malpighius, quas papillares appellat, easq: præcipuum Gustus Organum esse coniectat; idemq: confirmat Laurentius Bellini libello quodam inscripto Organum Gustus. Versus radicem verò plures Cavitates habet in nervos desinentes, atq: in illis subtiliorem Alimentorum portionem recipit; ideòq: fieri, Cum vinum, aliudq: simile in Ore sumitur, vires statim reficiat. Postremò recensentur in Lingua decem Musculi eandem moventes sursum, deorsum, et ad latera, tum pro loquela, tum pro Masticatione, deglutitione, et gustatu; et de universa Regione Animali satis.

Pars 4.ª

De Ossibus, Ossium Natura,

De Articulatione

Universa Corporis Ossa Minutis exceptis referuntur à quibusdam 249, ab alijs biscentum sexaginta octo, comprehendendo autem Ossa Minuta 360 à Galeno 6.º de placitis Hippocratis et platonis Cap: 3.º Numerantur, quamvis id irrationabiliter contendat hoc loco Bartolinus, haud in omnibus eundem praefinitum Numerum reperiri, cum plura in puerulis inveniantur, quae paulatim in adultis coalescunt, et inde pauciora evadunt; Horum autem omnium invicem coherentium compages, Graece Skeleton dicitur, quasi aridus truncus; Horum itaque Structuram, et Articulationem in praesenti dilucidabimus.

Et quod 1.º Spectat ad Ossis Etimon, illud Graece dicitur Ostin, à verbo Graeco Osteuo, quod latine resistere sonat. Sunt namque Ossa Corporis fundamenta, praestantque in illo eundem usum, quem ut habet Galenus lib: de Ossibus ad Tyrones, quem in domibus parietes et trabes, ac in navibus Carinae; unde describi possunt, quod sint durissimae humani Corporis partes ad idem Corpus stabiliendum. Conuestiuntur autem Membrana quadam, quae Graece dicitur Periostion.

Propria Ossis Substantia dividitur in Corpus, seu medium, et in Capita, seu extrema, quae latine dicuntur adnata, appendices, processus, et extuberantiae, Graece vero Apophyxes.

Ossium differentiae Multae sunt, Aliqua enim observantur Mollia, alia duriora. Rursus Alia sunt

magna, Alia parva, Alia Scabra,
Alia Levigata, quædam Mobilia, quædam im:
mobilia, nulla in toto Solida, alia intus
excavata.

Usus ossium triplex est, 1.us ut deserviant ad fir:
mandum Corpus; 2.us ut Mollibus visceribus figu:
ram tribuant, et in suo gremio conservent;
quo pacto cerebrum à cranio figuratur, ac deffen:
ditur. 3.us ut corporibus rectitudinem impartiant,
ne Serpentum instar Repperent.

Quod 2.o pertinet ad ossium Articulationem.
Universa ossa duplici Articulantur, scilicet
aut per Symphysim, hoc est Coalitum, aut per
Arthrosim, seu Articulationem, quas ossium Ar:
ticulationes debere Medicos scire ostendit Gallenus
lib: de Ossibus ad Tyrones, ut luxata ossa pos:
sint iterum [illegible] connecti ad Nativum situm.

Symphyseos Autem duplex est species, vel enim
ossa tenera, et Mollia sunt, atque uniuntur per co:
alitum absque Medio, vel dura sunt, et per Medium,
sive per Alterius interventum uniuntur; quod me:
dium corpus triplex esse potest, scilicet ligamentum,
cartilago, et caro; propterea tres sunt species Sym
physeos cum Medio, nempè ligamentosa, græcè
Syntesmosis; cartilaginosa græcè Synchondro:
sis; [illegible] et carnosa græcè Sysam:
phosis.

Syntesmosis est ossium Connexio ligamentorum
Auxilio facta, ut videre est in Articulis,
quorum ossa ligamentorum interventu tenacissimè

uniunt.

Syncontrhosis est ossium colligatio media cartilagine, quo pacto inferne maxillæ mento alligant.

Sysarchosis est ossium compositio facta carnis interuentu, ittaq: est cernere in dentib, qui in maxillarum aluectis gingiuarum ope firmant.

Præter has altera à Galleno composita admittit, quæ fit interuentu ligamenti, et cartilaginis.

Circa Arthrosim, illa est coniunctio, seu commissura, per quam ossa secundum extremitates inuicem iunguntur, quæ articulatio duplex est, vel enim est laxa, ut motum ossium non impediat, quemadmodum in tibijs, femorib, brachijs, et digitis, et græce dicit Diarthrosijs, vel stricta est, ut nullum relinquat spatium ad ossium motum, et græce Synarthrosijs, hoc est articulatio appellatur.

Ex dictis patet nunc articulationis usus, et iste ac præcipuus ille est, ut corpus flecti, et facilius moueri possit, alias nisi ossa articulata fuissent, uelut immobilis truncus corpus permansisset; quib in genere notatis, singulorum nunc ossium historiam aggrediamur.

Sectio 1.a

De Cranio, et Ossib eius.

Cranium aliud non est, nisi uniuersa pars ossea capitis, cuius pars postica prora dicit; antica uero puppis. Solet etiam appellari calua, atque caluaria, [redacted] nec non cerebri domicilium. Hæc non est cranium à natura osseum, ut cerebrum

ab extrinsecis iniurijs præcaveret, et veluti Gallea communiret; Qamis autem durissimum sit transpirabile tamen est, multisque suis foraminibus, ut per illa Abitus transpiraret, ne Cerebrum se derent.

Cranij figura, ut habet Gallenus lib: de Ossibus ad Tyrones Cap: 1°. debet esse simpliciter sphærica, sed aliquantulum oblonga, et extuberans in Anteriore, et posteriore parte, in lateribus verò parumper depressa; Cuius ima superficies plana, et leuigata observatur tenui membrana obvoluta, quæ Pericranium dicitur.

In Cranio tres veræ, et proprie suturæ inspiciuntur, quæ ossa Cranij inter se invicem discernunt; 1ª vocatur à Græcis stephanica, à Latinis Coronalis; 2ª Græcè Ovelea, Latinè Sagittalis nominatur; 3ª demum Lambdoides nuncupatur, quæ litteræ Lambde Græcorum assimilatur.

Coronalis Suturæ incipit ab utrisque temporibus, et ad Modum Arcus in Medio vertice collocatur; unde etiam dici solet Sutura Arcualis; Sagittalis à posteriora Capitis parte ad Coronalem usque extenditur. Labdoidea demum in postica Capitis parte collocatur.

Præter has sunt duæ aliæ non veræ, sed illegitimæ suturæ supra Aures positæ antedictis omninò dissimiles, ideoque Nothæ, seu spuriæ dicuntur; cum sint potius agglutinationes, per quas ossa squamosa inferius dicenda invicem annectuntur.

Suturarum duplex est usus; 1us ut dura Mater

sub Cranio manens, quod Medium illarum uillos trans:
mittat, quorum auxilio Cranio alligatur, ne Cerebri
Substantiam grauaret. 2.um ut per foramina suturarum
fuligines, et uapores transpirarent; propterea ad:
uertit Hippocrates lib: de locis in homine num.o
10.o, quod quicunque male formatas, uel angus:
tas Cranij suturas habent, cephalea grauissime
torquentur. Addi etiam potest 3.us usus, ut Medi
camentorum uirtus facilius per illas ingrederetur.
Ossa Cranij septem numerantur. 1.um est os frontis
2.um est os sincipitis, quod geminum est. 3.m
est os occipitis. 4.um est os temporale, quod
pariter est duplex. Ultimum est os sphenoides,
seu os palati, quae singula clarius explicaturi
simus. ~
Primum igitur est os frontis, Graece Metopon, quod con:
tinet totum illud os, in Coronali sutura positum,
usque ad supercilia, cuius figura semicircularis
est, substantia dura, minus tamen, quam sit os oc:
cipitis, quod multo durior est. In hoc osse
quatuor partes ueniunt considerandae, externa sci:
licet, et interna, superna, et infera. Externa poli:
ta est, et leuigata; Interna inequalis, et con:
caua, cum ibi processus mamillares reponantur.
Supera extuberans, eminensque est; Infera
enim caua, et obualtata ad oculorum tu:
tela. ~
Post os frontis sequitur sinciput, seu Bregma,
quod duobus constat ossibus parietalibus dictis,
per medium huius ducitur sutura sagittalis, quae

aliud dividit in duo ossa.
Post Sinciput sequitur Occiput, seu Occipitium, et est eminens os in postica capitis parte cerebelli domicilium, figurae exuberantis, et substantiae duris-sime; triplicem ob causam, 1º ut posterium cerebri ventrem, et spinalis Medullae principium custodiret. 2do ut eidem spinali Medullae propugnaculo esset. 3º demum, quia ictus, et vulnera occipitis precaveri manibus minime potevant; circonscribitur Lapdoide Sutura, et ad nucam usq: exporrigitur. Utri-nq: vero illi adiacent duo ossa, quae petrosa, et lapidosa dicuntur.
Post Occiput occurrunt ossa temporalia, dextrum scilicet et sinistrum, quae per suturas spurias cum Sincipitis ossibus uniuntur, atq: ad superna Maxillae descendunt. Dicuntur etiam squammosa ob similitudinem, quam habent cum squamis piscium; sunt enim tenerrima, et friabilia, tum ob rasam per ipsa excurentiam, tum etiam ob crotaphytes, seu temporales Musculos, ideo circo vulnera temporibus inflicta lethalia esse solent. Preponuntur temporum Musculis duo alia ossicula, Graece Scioma, latine ossa iugalia, seu Arcualia, et componuntur ex duobus processibus, quorum alterum suppeditat os Malarum, alterum vero os petrosum.
Post ossa temporalia succedit os sphenoydes, latine Cuneosum cribriforme, et Palatinum. In hoc osse plures processus veluti promontoria observantur, suntq: vel externi, vel interni; externi, quia vespertilionum alae similes sunt, quas Graeci Therigha

uocant; Id circo Thevigides dicunt; latine Alati, in quorum medio concavitas adest. Infini verò ob similitudinem equinæ sellæ, sellæ nominant, supra quam pituitaria sedet glandulas, et ex duabus capacitatibus duo canales exoriunt; unde cerebri excrementa pituitosa in palatum transcolant; Observant etiam in hoc osse plura foramina, quò circa cribratum est potissimum in ea parte, ubi ossis Etmoydes radices collocant.

Denique Os Cranii secondum crassitiem constat duplici tabulato, seu lamina, externa una, interna alia, et utraque densa, ac dura, mediatque inter ipsas rarior quædam, et tenuior substantia porositatibus sanguine repletis abundans, quæ meditullium vocat, et Os vitreum, quia instar vitri frangibile est.

Sectio 2.da

De Maxillis, et dentibus.

Maxillæ græcè genies, latinè genæ, et malæ appellant, suntque universa illa pars ossea faciei, in cuius Alueolis dentes figunt.

Duplex est Maxilla, Altera inferior, altera superior. Maxilla superior in omnibus Animalibus Psitaco, et Cocodrillo exceptis, ut habet Aristoteles 3.º de historia Animalium cap. 3.º immobilis est. Inferior verò juxta libitum Animalis moveri potest, tum ad loquelam, tum ad masticationem.

Superior Maxilla à superis dentibus usque ad supercilia extenditur, et versus oculos figuram habet latam,

in cuius medio extuberantia, quae Malae appellantur;
versus os vero incipit Angularis; et Inferior ab
inferioribus dentibus ad Mentum usque exporrigitur, il-
lamque componunt duo ossa in media parte basim
per Sincontrosim associata, cuius extremitates
quae aures terminant.
Superna Maxillae ossa 11 sunt, 5 in utraque ma-
la, et 11 Impar; 1us est os Nasi; 2us est os
Palati, 3us est os Malarum; 4us Angulorum oc-
cularium; 5us est continens dentes anteriores; et
gemina sunt. 11us tandem Impar inter nares et
palatum iacet, dicitur cribrosum, per quod cerebri
excrementa in palatum et nares distillant.
Quoad dentes, Graece odontes, quasi edentes illi
dicuntur; In Maxillarum Alveolis, ibique Gingiva-
rum ope firmiter adhaerent, et num.o sunt 32,
16 in superiori Maxilla, totidem in inferiori.
Dentium differentia triplex est, 1a est dentium Incisorum,
qui Graece thomi dicuntur, suntque Anteriores quatuor
in qualibet Maxilla, et a Celso primores vocantur
quia 1i aperto ore occurrunt. 2a est dentium
qui Graece Cinodontes, latine Canini appellantur
ob tantum obfiguram, quos usu et duritie, vocant
quoque praecipue Superni Occulares, quia ut notat
Joannes Riolanus super Anatomica Laurentii,
longior illorum radix quae oculorum orbitam
accedit. 3a demum est Molarium, qui Graece Mi-
lae appellantur, seu Molae, eo quod ipsis velut Mo-
lis terantur cibus; et hi in qualibet Maxilla
10 numerantur, quorum duo ultimi ab Hippo-

lib: de Carnib. Sapientiæ dentes vocant, et ab Ariste de Historia Animalium cap: 4º Nouissimi dicunt, quia postremo loco, et in iuventute nascunt, quo tempore homines sapere incipiunt.
In quolibet dente duplex pars venit considerandam, altera extra Gingiuas Jminens, et Basis vocat, Altera intra Alueolos recondita, et radix dicit; Rursus radix, non sicut Basis solida est sed excauata, ut Neruulos, venulas, et Arteriolas reciperet. In Caninis, et Incisorib. unica est, Multiplex verò in Molarib., et quidem in superis tres, vel quatuor observant; In inferis verò duæ, vel ad summum tres; cuius reddit ronem Laurentius 2º Anatomes cap: 2º, quia superni Molares penduli sunt, unde nè caderent, aut vacillarent pluvib. radicib. indiguerunt; secus inferni, qui propria gravitate consistunt; Ex dictis colligit usus maxillarum, et Dentium; deseruiunt enim ad loquelam formandam, Manducandum, triturandumq. cibum. Incisores autem morsu cibos dividunt, Canini frangunt, et Molares perfectius atterunt, ut melius atriti, et saliua permixti in ventriculum descenderent, et ibidem concoquerent; Hinc senes dentib. carentes in cruditates frequenter incidunt. Solent etiam hic proponi quedam quæsita circa dentes, idcircò illa nos breuib. expediemus.
Queritur 1º an Dentes Animati sint, et quonam gradu. Respondet 1º loquendo de gradu vegetabili, utique dentes animati censendi sunt, tum quia ab

intrinseco crescunt, et non intussumptione nu-
triuntur, quemadmodum reliquæ partes corporis;
tum etiam quia proprium habent Magnitudi-
nis terminum; loquendo verò de gradu sensitivo
licet dentes obnoxii sint dolori, et stupori, quia
tamen sectionem tolerant absque ullo doloris sen-
su; idcircò dicendum est sentire tantum dentes
in Membranulis, et nervulis in illorum radicibus
insertis, sub quo sensu dixit Galenus lib: de
ossibus ad tyrones cap: 5º solos dentes inter ossa
sentire.

Quæritur 2º. ex quanam Materia dentes generentur.
Respondetur, quia statuto dentes veras corpor
is partes esse, illi generantur ex eadem Materia,
quæ intra uterum deservuit cæterarum partium sp
ermaticarum generationi, siquidem ut optimè
notat Bartolinus hoc loco dentes observantur
etiam in puerulis intra uterum Maxillarum Alve
olis infixi, qui deinde succesivè erumpunt, et qui
iº latebant, progressu temporis conspicui evadunt.
Quod pluribus observationibus in abortivis fœtibus se
reperturum esse fatetur, cæterum nutriuntur dentes
eodem nutrimento maxillarum.

Quæritur 3º. An dentes sint vera ossa.
Respondetur Affirmativè, licet videatur discrepare
Aristoteles 2º. de Generatione Animalium cap: 6º.
Ratio est, quia ut benè notat Laurentius secon
do Anatomes quæstione 11ª., dentes possident
omnes, et veras conditiones ossium; etenim com-
munem habent substantiam, æqualem duritiem, con-

simile arbore, et omnia alia accidentia communia.

Sectio 3a
De Ossibus Thoracis.

Thorax, quem Latini pectus dicunt, nec totus osseus, ut Cranium, nec totus carneus, ut Imus venter, sed partim osseus, partim carneus ab Architetrice Natura fabrefactus est; cum enim Cordis domicilium esse debuerit, conveniens fuit, ut ex parte osseus esset ad vindicandum idem Cor ab externis alterantibus; ex parte verò carneus ad motum respirationis exercendum.
Extenditur à Claviculis usque ad Cartilaginem Mucronatam, et dividitur in tres partes, Anteriorem, posteriorem, et Mediam. Anterior in medio thoracis Sternon dicitur. Media, seu lateralis Costæ vocantur. Posterior verò dorsum, seu tergum nominatur.
Prima igitur ossea thoracis pars ipsum initians, et collum terminans dicitur Clavis, cum instar clavis thoracem claudat. Dicitur etiam in collo Iugulum ob similitudinem, quam habet cum iugo Boum, communiter demum Claviculæ dicitur.
Clavium usus sunt, tum ad firmiter committendum iugulum cum scapulae, tum ad firmius roborandum os pectoris. Advertit tamen Laurentius, quod soli homini, et Simiæ claves concessæ sunt, quia scilicet solus homo, et ad similitudinem hominis simia expeditis motibus brachia agitare debebant.

Post claves sequitur os pectoris, graece sternon in medio thoracis positum incipiens à fontanella gulae, et in mucronatam cartilaginem desinens ipsè stomachum. Hoc autem est unum os ut à veteribus Anatomicis putabatur. Caeterum ex ob: servatione Galeni citato lib: de ossibus ad Tyrones cap: 13o. unum dicitur, licet septem foveas, seu si: nus habeat, quibus septem legitimarum costarum processus excipiuntur, est namque sternon in principio amplum, habetque in sua summitate concavitatem quandam, fontanellam, seu furculam dictam; In fine vero angustatur, et in mucronatam carti: laginem desinit, propterea sterno figuram ha: bet gladiatam, et ensiformem.

Post sternon sequuntur costae à graecis pleurae dictae, quae articulantur, coniunguntque cum sterno, et dorso. Quoad numerum 24 sunt comprehen: sis etiam spuriis; 12 in dextro, totidemque in sinistro latere, quarum 7 superae legitimae uocantur, 5 infimae spuriae, seu mendosae, quae nimirum cum dorso solum, et non cum sterno committuntur, cum ob finem ut diaphragma, et reliqua naturalia uiscera dilatari facilè po: tuissent.

Post costas ultimò loco succedunt scapulae, graece omoplatae, quae sunt altera pars thoracis pos: tica, illius partes tegens; dicuntur etiam alae cum ad similitudinem alarum extensae sint, et deseruiunt partim ad firmitudinem costarum, et iuguli, partim etiam ad defendendas posterioris

thoracis partes.

Sectio 4a.

De Spina et Vertebris.

A parte posteriore thoracis occurrit Spina Græcè Rachis, latinè Corporis Carina, eò quod navium carinæ similitudinem referat. Exporrigitur ab Occipite ad Coccygem usque; Intus velut Canalis excavata est, continetque Medullam similem substantiæ cerebri, ut posterea cerebri Vicaria nuncupetur, et ex illius foraminibus 30 nervorum paria per universum corpus diffusa emergunt.

Eius figuram ex Hippocrate lib: de Articulatione tota recta est, sed à 1a. usque ad 1am vertebram introrsum inclinat; In reliquis verò vergit dextrorsum; Exoritur à postica cerebri parte, et per amplum cranii foramen descendens intra Spinæ Concavitatem inseritur, et per lombos ad Coccygem usque illius Medullam ostendit.

Non [illegible] unum Os continuatum est, sed ex multis ossibus per diorthrosim commissis integratur, quæ Græcè sponduli dicuntur, latinè vertebræ ob similitudinem, quam habent cum feminarum verticulis, unde vertebrarum beneficio nunc introrsum nunc extrorsum flectitur, vertiturque corpus.

Ad harum autem vertebrarum notitiam, sciendum quod Spina quatuor in partes dividitur, scilicet in Collum, seu Cervicem, dorsum seu vertebr-

sum, lumbos, et Os sacrum, quod Græcè Oskim, Ieron et Platyn nuncupatur; hæ vertebræ simul iunctæ spinam formant, et ex singulis illarum foraminibus nervi exorientur, numerantur autem á Galeno lib: 4º. de Ossibus ad Tyrones 24 vertebræ, ab alijs veró 30, nempé 7 Colli, per quas caput vel attollitur, vel deprimitur, vel circumagitur; 12 sunt dorsi; 5 lumborum; 6 denique Ossis sacri.

Ex vertebrarum foraminibus 30 nervorum paria pullulant, et universum corpus vigant.

1.um Par á 1.a vertebra exoriens duos in ramos dividitur, quorum alter in Occipitis Musculos, et alter in Musculos Colli, ac Esophagi inseritur.

2.um Nervorum Coniugium á 2.a vertebra procedens duos etiam geminat ramos, quorum alter in faciei cute, et alter per Musculos cervicis disseminatur.

3.a Nervorum societas á 3.a vertebra procedens, unum anteriorem ramum communicat Musculis flectentibus collum; alterum veró posteriorem immittit in Musculos ius collum, ius caput extendentes.

4.um Nervorum par á 4.a vertebra procedens, unum ramum communicat Musculis Colli, et spinæ, alterum Musculis faciei, et Capitis.

5.um Nervorum Coniugium oritur á 5.a vertebra, et unum ramum immittit in posticos cervicis Musculos, alterum veró in scapulas et diaphragma.

6ª Nervorum Coniugatio á 6ª Vertebra erumpens posteriore ramo ad Cervicis scapularumq: Musculos exurgit, anteriore veró tum in Brachia, tum in Diaphragma fertur.

1ª Nervorum societas á 1ª Vertebra descendens maiorem ramum in Diaphragma transmittit, minorem veró per posteriores Cervicis Musculos spargit; hinc deducitur Nervosissimum viscus Diaphragma esse, maximumq: Consensum cum cerebro habere.

A' 12 veró Dorsi Foraminibus, 12 Nervorum paria emergunt, quorum 1um anteriore Ramo in Brachijs fertur; posteriore veró per Thoracis Musculos disseminatur; 2um per Thoracis, et Brachiorum Musculos spargitur; 10 reliqua Anterioribus ramis ad singula Costarum spatia deferuntur, et posterioribus thoraci thoraci subiectis tum Musculis spinæ, vertebrisq: quod necesse est rigant.

Lombares Vertebræ 5 Nervorum Coniugia germinant, quæ posterioribus ramis per spinæ Musculos sparguntur; Anterioribus veró per Abdominis, femorumq: Musculos disseminantur, et hæ sunt Vertebræ á Galeno Cognitæ.

A Vertebris tum Ossis Sacri sex nervorum paria exoriuntur, et Musculos femorum, tibiarum, vesicæ, colli uteri, Penis, Ani ad extremos usq: pedes diffunduntur; Hæ ultimæ vertebræ ossis sacri ita simul uniuntur, ut unam tantum vertebram formare videantur, et immobiles sunt, et hac rone

S dicebant vertebre ab antiquis.

Sectio 5.a De Osse Sacro, Et ossibus ipsi Annexis.

Os Sacrum grecé Osamiecon dicitur, quia amplum, et Magnum est immó reliquorum Spine ossium maximum existit; etenim Antiqui sacras res magnas appellant; collocatur sub lumbis, undè Hypospondilon grecé appellatur, hoc est sub ver: tebris figuram triangularem habet, cum latus sit in principio, angustum in fine, Anterius con: cavum, posterius gibbosum, ut scilicet uterum in feminis, et rectum intestinum exciperet, et etiam ves: sicam, quare effigiem quoq: refert semicirculi.

Componitur sex ossibus, et spinatem Medullam continet sicut superior spina, quamquam Ossa seu Verte bre ossis sacri immobiles, et imflexibiles sint. In extremitate illius Cocyx, seu [illegible] cauda 86: servatur, que accuminatum os est rostro simile, et tribus, vel quatuor ossiculis componitur, que in cartilaginosum Apendiculum desinunt.

Comittitur, et Articulatur utring: cum Osse Sacro quoddam inno: minatum dictum, quia peculiare Nomen non habet; Hoc au: tem in Junioribus ex Javonio 5.o Anatomes cap. 21.o tres in partes secatur; p.a est pars superior, que omnium latissi: ma est, appellatur Ileon, quia in sinu suo Intestinum Ileon complectitur; 2.a veró pars, dicitur os pubis, seu pecti nis, quod in feminis amplius observatur gratia partus edendi; 3.a demum est Os Ischion latine Coxendix

dictum, quia fundum, et excavatum est, in qua concavi tate contingit morbus ille Ischiatis á medicis dictus.

Sectio 6.a de Articulis.

Universi Articuli dividuntur ab Anatomicis in Manum, Cubitum, Brachium, pedem, Tibiam, et Femur, de quibus omnibus discurremus.

Et quoad Manum illa Græcé Chyr vocatur, deservuitque tanquam Instrumentum Aprehensionis, et actus necessarius fuit hominibus, ut habet Galenus 3.o de usu partium ad omnia ministeria peragenda; Aristoteles 4.o de partibus Animalium cap: 10.o refert Anaxagoram Hominem pru dentissimum, et Sapientissimum dixisse, eo quod manus particeps fuerit; non unum continuum os est, ut varios motus exercere posset, quare Anatomicé loquendo, tres in partes subdividitur; Brachium, Cubitum, et extremam manum.

Brachium, seu Humerus extenditur á Scapula ad Cubitum usque; uno constat osse, sed magno cali: doque, cujus superior processus non admodum in scapulæ cavitatem inseritur, sed superficialiter tamen adhæret, ut expeditius moveri possit, in ferior veró cum Cubito per Diarthrosim Articulatur.

Post Brachium sequitur Cubitus, qui á fine Brachij ad manus initium exporrigitur; constat duobus ossibus, quorum inferius maius est proprieque dicitur Cubitus, et á Barbaris focile Maius, ~~[illegible]~~, superior veró minus est, et fo: cile minus appellatur; Focile maius ex infera parte minimo digito respondet; focile veró

minus Pollici; et licet facile maius et minus in extremitate uniantur, in medio autem paulisper disseminantur.

Post Cubitum extrema manus sequitur, quae Graece Acrochyr, divisa in tres partes, Carpum, Metacarpum et digitos; Carpus est iunctura, sive Articulus, per quem summa manus cubito articulatur, et ab extremis ossibus illius ad ossa manus extenditur; Componunt ipsum Ossa, quorum tria cubito articulata eminere videntur; Metacarpus seu palma manus est tota illa pars de qua, et constat quinque ossibus, quae cum digitis articulantur; tandem digiti dicuntur Graece dactili et sunt; 1.us dicitur Pollex, et omnibus digitis equipollet, cum in uno quoque opere reliquorum socius et adiutor sit; 2.us dicitur index sive digitus silentii, eo quia in signum silentii ad os apponatur; 3.us vocatur Medius Graece Sphaalos, quasi obscenus, impudicus, et derisorius, eo quod illo Antiqui alios deridere consueverint; 4.us vocatur Annularis Graece Iatrichos quod latine medicum sonat, eo quod Medici maxime omnium in illo annulum gestare debeant sive consuescant; Postremus tandem digitus, minimus omnium, et Auricularis nuncupatur, eo quia illo utimur ad perluendas Aures, scilicet illius ope aurium sordes auferrimus; his positis deveniamus ad ossa digitorum.

Universi digiti constant iterum ossibus diarthrosi arti:
culatis, atque ex parte externa sunt parum gibbi,
ex interna vero parumper concavi, ut scilicet fa:
cilius apprehenderent. In digitorum extremitatibus
ungues collocantur, substantiae mediae inter os et carti:
lagines, quia generantur ex tendinum excrementis
in ipsorum radices desinentium; ideo circo
assiduo subcrescunt. Illarum usus est vel ad
operimentum digitorum, ut placuit Aristoteli, vel ad
apprehensionem minutorum corpusculorum, ut arbitra:
tus est Galenus; unde non immerito rotundae, incurua:
taeque fuere.

Quoad pedem, ille non secus ac manus tres in partes
dividitur, femur scilicet, tibiam, extremumque pedem.
Constat 30 ossibus minutis exceptis, nec non patellae
genuum; unum est os femoris ossi brachii respondens,
duo ossa sunt tibiae, radio cubitus focilibus equipol:
lentia; 7 sunt ossa tarsi, quae respondent os:
sibus carpi; 5 sunt ossa metatarsi, quae conveni:
unt cum ossibus metacarpi; iterum tandem sunt ossa
digitorum equivalentia digitis extremae manus, quae
singula ordinatim explicanda sumus.

Primo loco sese offert femur, seu crus, estque os
cavernosum, et medullatum, reliquorum maximum,
eo quod supra femora universa corporis moles
moveri debeat. A coxennice extenditur usque ad ge:
nu, eiusque figura recta, et rotunda est, ab ex:
terna tamen parte parumper gibbosa. Qua autem
parte femur ischium recipit, maximum et ro:
tondum caput habet, quia in profundam ischii fo:

neam immergit; ex parte verò, qua Tibiam res:
picit, duo habet Capita validissimis ligamentis
cum tibia connexa, quae connexio Genu vocat:
huius posterior pars Poplex dicit, Anterior verò
rotundum, et cartilaginosum Os retinet, patellam,
et Rotulam dictum, deservitq: ad firmitr articulan:
dam tibiam cum femore.~
Post femur sequit Tibia, quae est Os illud int
Genu, et pedis Tarsum. Constat duob Ossib dictis
similit focile Maiore, et Minore. 2us partes verò,
qua cum tarso committit geminum habet utring: pro:
sum, qui Malleolus nominat.~
Ultimo loco post tibiam sequit Pes extremus et
tres etiam in partes dividit, tarsum scilicet res:
pondentem carpo, Metatarsum aequipollentem
Metacarpo, et digitos. Tarsus à Malleolis ad
plantam usq: pedis exporrigit, ipsumq: septem ossa
componunt, quorum tria Calchoijdea, et à fallo
pio cuneiformia dicunt; Quatuor verò alia
sunt Talus, sivè Os Basilare, Os Calcanei, Os
naviculare sic dictum ob figuram navis. Meta:
tarsus, seu plancta pedis quinq: ossib compo:
nit, quib immediatè digiti iungunt, qui ~~ām~~ in
mem°, Articulatione et situ digitis Manuum
respondent; excepto solum, quod Breviores, et
aequaliores sint, et hactenus de Osteologia;
Remanet nunc, ut aliquas partes Corporis
describamus.~

De Glandulis.~

Glandulæ Græce Adenes, Spongiosæ et Molles Corporis partes sunt; quæ universum Corpus dispersæ ad diversa munera exercenda.

Glandulæ pro varietate viscerum variæ sunt, et 1º Cerebrum quod Magna Glandula ab Hippocrate dicitur, præter Glandulam pituitariam alias habet glandulas, in quas excrementa deponuntur, ut sunt parotides sub auribus positæ, Cervicales, et Jugulares, Cor quoq: sub alis suas quoq: obtinuit Glandulas, sicut etiam Hepar, et alia viscera nattia in inguinibus collocatas, quibus tumefactis Bobbones oriuntur.

De Cartilagine.

Cartilago Græcé Condros, aliud non est, quam quædam media substantia inter Carnem et os, cum revera Cartilago, nec Caro, nec Os sit, quoniam est tenerior osse, et durior Carne; Albicat, et sensu Caret, quia per eius substantiam nervi non dispergunt, et Membranas non habent.

De Membranis.

Membrana Græcé Hymen, latiné tunica, pars est alba, tenuis, venis, Nervis et Arterijs contexta, atq: adeó exquisito sensu prædita.


Membranarum duplex est usus; 1um ut Visceribus integumento sint; 2um ut ab extrinsecis iniurijs suo sensu illas tueantur; Addit alium usum Glissonius, ut per illas succus Nerveus Nu:

Spiritus à cerebro deferat in partes nutrimentum.

De Musculis.

Musculus Græcè Mys, quasi Mus cum decorticato Muri assimiletur; Motus habet, et duo sunt; 1us dicitur contractionis, et fit dum Musculus breviatur. 2us distensionis, et fit, cum ultra voluntariè oblongatur; sunt et alij duo tensionis, cum Musculus veluti libratus substinetur. 4us demum translationis, et est Motus tremulus, qui succedit, quando Musculus à propria gravitate Membri premitur, et Musculus se elevare contendit. Ultimi duo non sunt veri Motus, et de universa Anatome ad Maiorem Dei Beatissimæq: Virginis sine labe Conceptæ, Divique Josephi Gloriam, et sempiternum honorem.

Finis Totius Anatomes.



Compendium Anatomicum
Marcelli Malpighij

De quatuor teguminibus, siue Integumentis Corporis Humani

Quatuor tegumina inuestiunt humanum corpus, quorum primum dicitur cuticula, quæ caret sensu, ut patet in eius ablatione; huic succedit cutis, quæ est mediæ naturæ inter neruos et membranas, non ex tota continuas, sed interrupta quibusdam porulis, qui ad separationem sudoris inseruiunt. Post cutem uenit pinguedo substantia oleaginosa ouali figura; temperamentum potius calidum quam frigidum; eius usus est reddere alimentum dulce, et ad somnum.
Huic succedit Panniculus carnosus, qui nihil aliud est, quam expansum neruum; est natura frigida et sicca; exquisiti est sensus; unde in febribus intermittentibus dicitur subiectum frigoris; usus est suppeditare cellulas pinguetudinosis glomerulis, ipsasq. colligare.

De Abdomine eius Musculis et Peritoneo

Abdomen sic dicitur, quasi abdat uiscera infimi uentris nutritioni inseruientia. In tres par:

tis partes, Superiorem, mediam et infimam.
Superior Epigastrion dicitur, cuius laterales partes Hypocondria, et precordia dicuntur. Media dicitur Umbilicalis, cuius laterales partes ilia nominantur ab intestino Ileon; Infima dicitur Hypogastrion, in cuius inferiori plexu inguina existunt.
Interna pars Abdominis habet tres cavitates; 1a dicitur antica, seu Alvus, quia continet ventriculum, Intestina, et cetera viscera; 2da dicitur postica, ubi Renes iacent. Ultima dicitur Pelvis, ubi residet Intestinum rectum, vesica urinaria, et Uterus in mulieribus. In anteriori parte ossa pubis existit, in reliquis partibus exos, et Abdomen.
Retractis Tegumentis sese offerunt Musculi. est autem Musculus in genere consideratus agregatum ex nervo, et tendine, venis, Arteriolis, carne, Membrana et pinguedine gratia motus voluntarii, sed nativis.
Fit Musculorum Motus medio spirituum influxu per nervos dilabentium, nam de facto scisso nervo defficit Motus, et in quolibet Musculo vero motu apparet mutatio figure. Proficiscitur ergo virtus motiva Musculorum a cerebro; per nervos subiectum in particulis sanguineis succi nervei, vel alterius generis; qui musculis ducte, et fibrillis membranaceis insinuate in tendines deferuntur a quibus in fibras carneas Jsiliunt, et in tendineas recedunt. Quod vero ipsi Musculi motum recipiant ab ipso sanguine, probat Stennonius, nam ligato tron

co arteriæ magnæ super diaphragma in Cane
uiuo, statim desistit motus in posterioribus ipsius
Canis, at relaxata ligatura restituitur motus; ergo
motus Musculorum fit ab ipso sanguine cum con:
cursu spirituum.

Exarata Musculorum natura generica ad Mus:
culos in particulari fit transitus, et 1.º ad illos
abdominis, qui ad quinque paria reducuntur.
P.us est obliquè descendentium, alterum ascendenti:
um, 3.us rectorum, 4.us Pyramidalium, et ultimum
transuersalium; 1.us tale dicitur ob fibras obliquè
descendentes; Incipit à Musculo pectorali serato,
et finit uersus lumborum uertebras, et medio
tendine connectitur cum linea albicante; Uenas,
Artherias obtinet ab intercostalibus; eius finis
est comprimere utrinque latera et fecum ex:
pulsione.

Alterum par obliquè ascendentium oritur ab Ileon
externo margine; et obliquè ascendens 11.æ
uel 12.æ costæ iungitur, et in albicante linea
terminatur. Neruos sortitur à lombaribus. Uenas
et Arterias à ramificationis uenæ Cauæ, et
Arteriæ Magnæ. 3.us par, siue rectorum, oritur
ab antica ossis pubis, et sursum pergens in
Mucronatam cartilaginem inseritur, et prestat
robur, ne relaxetur peritoneum, et ut fibræ
musculorum equales absoluant motum. 4.us par
est transuersalium quia transuersum ob:
tinent situm in abdomine, habet Uenas, et
Arterias, ut obliquè ascendentium; ultimum

par est pyramidalius; Basim habent in osse pubis, et in albicantem lineam tendunt, et vesicam comprimunt.

Separatis Musculis succedit Membrana quedam Peritoneum dicta; eius origo a Membranis cerebri, ac lomborum vertebris erumpit. Varijs interrumpitur foraminibus, nam in parte superiori pervium est Esophago, venis, et Artherijs; et in inferiori, ut pateat ditus vasis spermaticis in hominibus, et in feminis uteri cervici; eius figura oblonga est, et quasi olivalis; Nervos recipit a vertebris Thoracis.

De Omento, Ventriculo Intestinis, et Mesenterio.

Separato peritoneo apparet Omentum fundo ventriculi positum exibens sui figura sacculi. In feminis obesis creditur sterilitatis causa, ~~[illegible]~~ quod est falsum. Varias recipit a vena porta venas, Artherias a ramo celiaco; Nervos a 6.º pari, et ideo sensibile Omentum quamvis scindatur sine dolore; Usus ipsius est fovere nativos calores ventriculi, ac intestinorum, eorundemque motum facilitare, ac fulcire vasa viscerum Abdominis.

Ventriculus sub diaphragmate, et medias inter lienem et hepar; posterius habet Pancreas, inferius Omentum, et intestina, quibus omnibus nectitur; figuram refert bursæ pastoris, sicut habet fundum, et orificia duo, quorum

unum superius, Cardia dicit, fibras circulares habens, ne cibaria in Esophagum resiliant. Alterum inferius dicit Janitor, quia cibaria cocta inhibet effluere ad intestina. Situs est in dextera parte; quatuor Membranis constat Ventriculus; Usus ipsius est Chilificare.

Finito Ventriculo succedunt Intestina, quæ in quantitate excedunt 14 ulnas italicas, Venas recipiunt à Mesentericis ramis Venæ portæ, et Artherias à celiacis, Nervos à plexu 6.i paris, et ad Chili distributiones habent minimas venulas lacteas nuncupatas.

Dividuntur Intestina in Crassa et tenuia: hæc sunt Duodenum Ieiunum et Ileon; Illa sunt Cecum, Colon, et Rectum, et omnia feruntur à Ventriculo, ità tamen, ut tenuia præcedant crassis. 1.um Intestinum est duodenum, duobus foraminibus est insculptum, unum ductui colidoco, alterum ductui pancreatico, quæ in canibus valde distant: et in hominibus plerumque simul coeunt.

Sequitur Ieiunum, postea Ileon constans varijs gyris; Volvuli indicat causa, quia ex Materia acri inueniuntur eius fibræ ac Sæpe viores excernuntur feces. Eius longitudo est 20 palmorum. Crassorum 1.us est Cecum, ita dictum, vel propter obscuritatem sui usus, vel quia careat exitu in altero extremorum; In hominibus datum est ne feces dolorosa impetu in Colon defluant.

Huic proximum est Colon, nam feces et excrementa retinet.~
Ultimum est rectum; Tres Musculi inserviunt illi, quorum duo Elevatores, 3.us vero Constrictorius, seu sphincther d.r~
Procedunt ab hoc Intestino Emoroidales venae tum internae, quam externae. Internae oriuntur a ramo splenico venae portae; Externae a ramo hypogastrico venae Cavae, et p. Musculos circa Anum expergunt.~
Actio Crassorum est excrementa colligere, retinere forasque trudere.~
His succedit Mesenterium, venas obtinet a ramo venae portae; Arterias a celiacis ramis; Huic substernuntur venulae lacteae, quae ramificationibus factis ad receptaculum chili se reducunt. Receptaculum hoc situm est infra centrum Mesenterii in medio lomborum.~
Ab hoc receptaculo ductus Thoracicus exporigit, qui separato diaphragmate deflectit ad sinistram sub Esophago, et a claviculam sinistram procedens in subclavias, idest axillares decidit. venas unde chilus ad Cor fert; succedit huic Globulus quidam carneus Pancreas vocitatus.~

De Epate Cysti fellea et Liene.~

Situm est hepar in dextero hypocondrio sub Costis Nothis, simplici velatum membrana, sub

qua hydrops, Ascites, et Vesiculæ indactiles dictæ gignuntur; refert eius figura secmentum orbi quod ossis induraret; nam conspicitur pars conuexa in ipso, et Concaua; Connectitur omento et minimum globulum diaphragmati, peritoneo, et Cartilagini xiphoidi et Venam umbilicatam, quæ in adultis facescit in ligamentum. Usus ipsius habet sanguinem cribrare, ipsumque comminuere, ut melius possit ad cor redire; tandem habet fouere calorem Ventriculi, cui 2dum globulum accedit.

In Concaua Iecoris parte adest Vesicula quædam Cystis fellea dicta; Usus ipsius est bilem à sanguine separare, continere etc.

In latere sinistro adest Lien, siuè Splen, inuoluta membrana orta à peritoneo. Artherias à ramo Arteriæ Magnæ, quæ Celiacæ dicuntur; Neruos à sinistro pari. Ablato Liene in Cane Canis Viuit. Melanconicum generat humorem.

De Renibus, Ureteribus, et Vesica Urinaria.

In spatijs inanibus Ilheon situati sunt Renes numero bini, ut citius eliberetur Massa humoralis copia salium, debitam nutritionem impedientium. Venas recipiunt Renes emulgentes dictas à trunco Artheriæ Magnæ; Neruos à 6to pari; incumbunt Renibus glandulæ quædam atrabilares dictæ, uel Renes succenturiati, Venas, et Artherias recipientes ab emulgentibus.

Post Renes succedunt Ureteres canales á Renibus prodeuntes, ac tendentes ad uesicam duplici Membrana compositi, quarum exterior peritoneo, interior propria exquisito sensu donata, ideó dolet in transitu calculi; exiles uenas, et Artherias, et Neruos á partibus propinquis obtinet, et facti sunt ad deducendum serum á Renibus in uesicam.

Officium uesicæ erit serum recipere instar cysternæ. Collocatur pars hæc in pelui suprá intestinum rectum triplici constans membrana, quarum exterior a peritoneo, media fibrosa est gratia expulsionis urinæ; tribus foraminibus interrumpitur, ut recipiat serum á duobus ureteribus, et alter ut foras emittat lotium.

De Partibus Generationis.

Partes generatiuæ uel sunt præparantes semen, uel conseruantes; illæ sunt duæ uenæ totidemque Artheriæ; uena dextera oritur á Caua infrá Emulgentem; sinistra ueró ex inferiori parte Emulgentis. Artheriæ procedunt á tronco Artheriæ Magnæ, quæ simul cum uenis instituto itinere per lombos supra ureteres ad Inguina, et testes pergunt, ubi hæc uasa simul commixta dicuntur corpora pampiniformia; In fine horum uasorum adsunt Epididimes corpora secundum aliquos glandulosa communi tunica cum spermaticis inuoluta, testibusque incumbentia. Usus ipsorum est elaborare seminales materias; hinc sequuntur testes, quorum substantia secundum aliquos uasalis, et secundum

alios glandulosa. Reposita sunt in bursa quadam Scrotum vocata per medium divisa quadam linea, cuius exterior membrana Drachos dicitur. Interior vero Clytorides, idest vaginalis. Vasa recipientia spermatica vasis exilia; nervos à lumbari; usus ipsorum est semen elaborare; ab istis procedunt vasa eiaculatoria. ~

Sequitur tandem Penis ita dictus, quasi pendeat constans duobus corporibus nervosis, quorum substantia complicata est plexu venarum, et artheriarum; clauditur in medio harum partium ductus urinarius. Quatuor musculi concurrunt ad structuram Penis, duo ab osse Pubis orti feruntur per latera Penis, inservientes erectioni, et alij duo ad emissionem seminis. Venas et artherias ab hypogastricis recipit; nervos ab osse sacro; usus ipsius est ad evacuare semen in sinum uteri. ~

Praeter excavata organa habent feminae uterum, seu matricem, pars inter rectum intestinum, et vesicam urinariam posita, cuius molis incertae figuram exibet similem piro maiusculo. Substantia instar ventriculi gallinacei. Dividitur in fundum, cervicem, collum et pudendum. Fundus est pars superior, sive cavitas per cuius medium excurrit linea quaedam mediana dicta, et ad cuius latera emicant processus quidam communiter uteri cornua nuncupati. Cervix dicitur pars fundi angustior, cui vagina continuatur. Collum uteri est substantia mollis, et laxa, ut expandi possit; quod vero superest pudendum dicitur, in cuius medio adest Clytoris, seu membrana quaedam, cuius

integritas Virginitatis signum exibet
Usus Uteri est continere fœtus.

De Medio Ventre.

Thorax Medius venter dicitur, tota illa Regio quæ superius Claviculis, inferius diaphragmati, Anterius sterno, posterius vertebris et Sinistrorsum, ac dextrorsum costis circumscribitur. Primum par Musculorum thoracis dicitur pectoralium, qui oriuntur a media Claviculas, quibus succedit Musculus serratus Anticus Maior, inde serratus Minor, qui Musculi inserviunt ad efficiendum Motum thoracis. Adsunt ulterius 22 paria Musculorum infcostalium, quorum ii inserviunt exspirationi, alii etiam inspirationi.

Sternum est pars Anterior pectoris constans substantia spongiosa, et rubicunda, in cuius Medio adest Cartilago Ensiformis facta, ne Ventriculus lædatur in adventu Ciborum ab ossibus sterni.

Occurrunt etiam Septem Costæ, quæ dorsum et latera ferunt. Sub Costis Musculorum adest Membrana Pleura dicta, quæ est subiectum Pleuritidis, et ingentem Copiam Vasorum, quia de facili inflammatur. Usus ipsius est continere Costas in suo situ. Huic Mediastinus, pectus et pulmones in dexteram, et sinistram partem dividens, venas habent Mediastinas, aliasque Minimas a ramo subclavio, ut Artherias a Mamariis. Dividit thoracem ab abdomine diaphragma, cuius substantiam componunt Caro Musculorum, et Membrana duplex, quarum superior

est expansio Pleuræ, inferior verò Peritonei. Venas recipit à trunco venæ Cavæ, Artherias à trunco Artheriæ Magnæ; Nervos à 8º pari. Hac parte inflammata delirium sequitur, immò vulnere illi inflicto pereunt patientes forsan ob sui continuum motum impedientem Cicatrizationem partis lesæ. Eius finis est respirationem formare, nam diaphragmate aperto in Cane vivo iam non respirat; Habet separare medium ab infimo ventre, et Continere viscera in suo situ; tribuitque in locis foramina, pro transitu œsophagi, venæ Cavæ, et Artheriæ magnæ.

In parte postica Thoracis reperiuntur vertebræ Colli, itaque septem numerantur, quarum 1ª dicitur Atlas, quæ totum susbentat Caput; 2ª dicitur Dens, quibus duabus vertebris fit Capitis Motus, quando annuimus, renuimus, et circumgyramus Caput.

Dorsum duodecim vertebris constat, quinque tamen Lumborum, quibus succedit Os Sacrum constans ex vertebris, quæ in pueris facilimè separantur.

De Corde, Pericardio et Pulmonibus.

Induit Cor Membrana sacculi instar Pericardium dicta; usus ipsius est suppeditare humiditatem Cordi, ac illius fervorem temperare.

Cor situm est in Medio thoracis vergens ad Sinistram Mucrone suo, ubi eius Motus fons Nativi calloris dicitur; Motum præstat sistolem, et diastolem.

Cor est Musculus; Usus ipsius est dispensare Sanguinem toti corpori, ipsumq: Spiritualizare; Vasa quatuor habet Cor in dextro ventriculo, qui est minus calidus, quam Sinistero, Vena, reperitur Cava, et Vena Arteriosa deferens Sanguinem à Corde in pulmones; In sinistro ventriculo adest Arteria magna Sanguinem corpus diffundens, et Arteria venosa deferens Sanguinem à pulmonibus in Sinistrum Cordis ventriculum.

Est Vena Canalis oblongus, rotundus, Constans duabus Membranis gratia vehendi Sanguinem; ideoq: differt ab Arterias, quia hec constat quatuor tunicis quasi nervosis; ideoq: alba est Arteria deferens Sanguinem ad Superiores corporis, Motusq: Sistoles, ac diastoles à Corde recipiens.

Venae, quae Communiter secari solent in Morbis vel sunt in Capite ut Vena frontis, quae secatur in Cefalatargia, Delirio, et Stultitia; In dextro Angulo, quae secatur in Oftalmias, et Vena sub lingua, vel post Nares ranina dicta, quae secatur in Anginas; vel sunt in Cubitu, ut Cefalica, sive externa, sive Basilica; interna Jecoraria dicta, et tandem media, quae vena in affectibus i.i et medii ventris secantur; In Manibus reperitur Saluatellas, quae est inter minimum, et annullare, sicuti Cefalica inter pollicem et indicem, quae omnes secari solent in Morbis Cronicis; praemissis ceteris secationibus, tamen in pedibus reperitur Ischiatica Vena; in Interiori vero saphena, et Matricalis dicta, quae omnes secantur in affectibus infimi ventris.

Vena Cava continet valvulas tricuspides; Vena

Arteriosa sigmoides; Arteria aorta lunares, et Arteria venosa Mitrales obtinet valvulas. Cor duplici gaudet ventriculo, quorum dexter ad pulmones sanguinem mittit; sinister verò ad totum Corpus. Hi duo ventriculi medio quodam septo distinguuntur. Duae Auriculae insunt Cordi, ut Sanguis liberè ad Cor commeare possit.

Siti sunt pulmones in thorace, ac utrinque Cordi adsistunt; figuram habent similem ungulae Bovis, substantiam raram, spongiformem, ac Membranosam. Usus pulmonum est Cordi respirationem praestare.

De Esophago, Trachea,

Et Lingua.

Esophagus est canalis, per quem cibus deficiscitur in ventriculum habens initium in imis faucibus, et separato diaphragmate iungitur superiori ventriculi Orificio; tot idem constat tunicis, ac ventriculus, venas recipit a Jugularibus, Arterias a Carotidibus, nervos à 6º pari.

Similiter trachea in parte inferiore dispersa in pulmones Bronchium dictam, et in superiorem, quae larynx vocatur, quam constituunt cartilagines quinque.

Lingua demum venas possidet à iugularibus externis, Arterias a Carotidibus, Nervos à 4º pari. Usus ipsius est inservire pro Organo Gustus; Movent linguam quatuor Musculorum paria, quorum 1.um attollens stylloglossum; 2.um deprimens Basioglossum; 3.um ad latera movens genioglossum; et ultimum ad

levationem conducens Emidoglossum dicitur.

De Cerebro, Cerebello Spinali Medulla, et Nervis.

Cerebrum omni Sanguine Animali concessum duabus induitur Membranis, Meningibus dictis, quarum exterior Dura, Interior pia nuncupatur: His semotis apparet Cerebrum, quod ope duplicaturae Durae Matris in dexteram et sinistram dividitur partem, et ope eiusdem in Anticam, et posticam. Nam cum cerebrum sit magnae Molis et Molle, facile in se concideret; Efformatum est in tortuosas, ne vasa Capillaria disrumpantur ob nimiam longitudinem. Prima pars nomen totius retinet; Posterior verò Cerebellum dicitur.

Partes Exteriores divisae simul uniuntur per Corpus Callosum, in quibus Duo Ventriculi Maiores apparent, in quorum medio adest plexus Coroideus, sivè agregatum quacilium vasculorum.

Separantur hi duo ventriculi quadam portione cerebri, quae separatum lucidum dicitur; Ab istis ventriculis oritur 3.us In hoc adest quoddam foramen ad Basim Cerebri descendens, Infundibulum Constituens; unde excrementa in Nares, et palatum excernuntur.

Inter Cerebrum et Cerebellum 4.us reperitur ventriculus, ubi concurrunt quaedam Extuberantiae; quarum duae Maiores, Nares dicuntur, Minores verò Testes.

Hinc sequitur Cerebellum, quod divisum repraes:
entat Scabera terrae. In hoc resident Spiritus
Animales; Duplex est Substantia Cerebri, una ex:
terior, Cinerita et Cortex nuncupata, necnon
glandulosa, ubi separantur spiritus; Altera verò
per foramen Occipitis egreditur, et Dorsalis Medulla
dicitur.

Tandem occurrunt in Cerebro Nervi Numero 30
paria erumpentes immediatè ab ipso Cerebro
quorum septem erumpunt à vertebris Colli; 12
ab illis Dorsi; Quinque ab illis Lomborum, et
6 demum ab osse sacro.

Est Nervus funiculus quidam, albus, rotundus,
Aluectis quasi Minimis Constructus adinuicem con:
tinuis, ut Spiritus Animales Motus Sensusque par:
tium blando afferant allapsu. Dividuntur Nervi
in Sentientes et Motorios.

His Succedunt Nervi à Cerebro intra Calvam er:
umpentes, quorum 10 aliqui enumerant de:
cem coniugationes.

1a Coniugatio Sedem Ossis Tenoidis apparet, et
dicitur processus Mamillaris serviens Sensui ol:
factus. 2da Est Opticorum, qui ortum habent
per Basim anteriorem Cerebri adinuicem decur:
rentes; Alter ad Sinistrum fertur Oculum; 3a
est Nervorum Oculos Moventium; 4a in Linguam
fertur, pro gustu; quae tamen prius trans:
mittit ramulos in Musculos frontis, faciei,
temporum, et Dentium. 5a, quae Usum praestat
aurium, ac descendit in Linguae tunicam, ac pallatum.

6.a erumpit á principio spinalis Medullæ, et ad aures se extendit pro auditu; 7.a semper est Vaga. Ultima tandem á spinali Medulla oritur plurimos transmittens ramulos pro Motu, tum ad Musculos linguæ, tum laryngis.

De Oculis.

Occurrunt in Oculis Palpebræ duæ Voluntariæ mobiles ob fibratam Membranam, qua instruuntur, factæ ad tutelam Oculi, et in Angulo anteriori reperitur Glandula lacrymalis, et ductus Stenonis tendens in Nares. Habet utergue Oculus uenas externas in albumine conspicuas á jugularibus externis; internas verò á plexu Choroideo, uti Arterias, ac Neruum Opticum in medio á 2.do pari.

Sex Musculis Mouetur Oculus in hominibus, quibus addituri 7.us, et etiam 8.us, ne Oculus ob pronum incessum excidat extra. Existit 1.us Musculus elevans oculum dicitur Superbus; 2.us deprimens oculum dicitur humilis; 3.us Bibitorius; 4.us Indignatorius; Reliqui duo dicuntur Amatorii.

Oculum plurimæ induunt Membranæ, quarum duæ Communes sunt, quinque verò propriæ; Ex Communibus una dicitur adnata, et est Pericranii expansio; 2.da est innominata, et est expansio tendinum Musculorum. Propriæ verò sunt Choroides, Reticularis, Aranea, et Retina; 1.a dicitur Cornea, et continet cæteras; 2.a habet foramen in Medio pupilla dicta, ut admittantur visibiles

species in oculum; 3a vitreum ambit humorem, 4a crystallinum; tandem in oculo tres reperiuntur humores, quorum 1us est aqueus, 2us crystallinus, 3us vitreus, qui facti sunt ad refractionem specierum visibilium. ~

De Auribus.

Auris dividitur in externam, et internam, Auris interna internam habet situm in osse petroso, et quatuor constat meatibus; 1us auditorius dicitur, in fine huius adest tympanum, qui subiectum auditus dicitur; Post tympanum se offert coclea, in qua continetur vernaculus aer, hicque observantur tria ossicula tympano inhaerentia. Stapes, malleolus, et incus; Quae ossicula habent roborare tympanum, ne ab impulsu aeris disrumpatur. ~ Fit auditus, quatenus aer percussus ab aliquo solido trepidat, ac in aurem delatus trepidationem tympano communicat, sonum suscitando in aure, ex quo sequitur auditus; ac inde subiectum auditus erit tympanum, quia nervorum est expansio; finis autem auriculae erit aerem moderare, ut auditu, ne incongrue impingat in tympanum; finis vero externae auriculae erit iuvare delationem aeris in aurem, et ideo surdastra fiunt, quibus deficiunt auriculae externae, quarum pars superior alia dicitur, inferior vero lobulus. ~

De Ossibus. ~

In Capite 9 sunt Ossa, in Thorace 61, in abdomine 21. Manus ambæ habent 64, pedes q: totidem; adeo ut numerus totius Corporis ossium se se extendat usq: ad 309. Ossa Capitis specialiter connexa sunt, quorum Coniunctiones suturæ nominant (improprie tamen) exceptis tribus, per quas Dura Meninx se se insinuat, et omnia Ossa Capitis Membrana induunt pericranium dicta; uti periostium dicitur Membrana illa investiens cætera Ossa. Ex suturis una dicitur Coronalis, altera dicitur sagitalis, 3a verò Lambdoidalis; Os Cerebrum tegens dicitur Cranium, quod constat Laminis, externa una, interna alia, nec non tribus, quas suturæ interrumpunt. Sex ossibus integratur Cranium, quorum primum dicitur Os frontis, alterum Occipitis; Duo Sincipitis, quæ verò supersunt Ossa, temporum, vel petrosa dicuntur; Constituunt Basim Cranij, Os sphenoides et Ethmoides; Hinc sequuntur Maxillæ, quarum una superior, et Immobilis 12 Constat Ossibus, sex utrinq: adstantibus; Maxilla verò inferior vigente ætate in unum coalescit os.

Dentium tractatus deficit; Qui videri potest in Superiori Minutiis Anatome.



904 **CASSARATO.** In medicinalem Galeni Institutionem. Teorica dictata ab excellentissimo D. D. Cassarato, anno 1710, mense novembris, etc. 4 parties en 1 vol. pet. in-4 d'un ensemble de 180 ff., cart. ancien papier gris. (374) 150 fr.

Thiébaud Cat. 85 1963

Manuscrit médical du commencement du XVIII[e] siècle par un certain Antonio Quadri dont la signature est sur le premier titre (Théorie sur l'institution médicale de Galien).

La 2[e] partie contient un cours de « Pratique médicale » probablement du même professeur; la 3[e] un « abrégé d'Anatomie » professé par le D[r] Minutilius, de Naples, à l'école de Médecine de Pavie en 1720; enfin la 4[e] partie, la plus courte mais non la moins intéressante, est un autre **abrégé d'Anatomie** d'après **Malpighi** l'anatomiste du XVII[e] siècle si célèbre par ses découvertes. — **Toutes ces parties du volume sont de la même écriture et ont sans doute été rédigées pendant les années d'études médicales de Quadri à Pavie. Ce manuscrit est donc un document des plus intéressant sur l'enseignement médical de cette université au début du XVIII[e] siècle.**